

Ann. IV.

Num. XI.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii *VOX URBIS* possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

VI anno mense III

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud' BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM

Krakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LOYDON W.

28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK

52, Barclay Street.

CINCINNATI

436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr.

Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTRÉAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

DE ARBITRIS LEGE ADEUNDIS	P. Rossani.
DE GRAECIS LITTERIS TUENDIS IN SCHOLIS SECUNDI ORDINIS	N. Capo.
MUSICA ET EXCELLENTES INGENIO VIRI	Senior.
DE HIERONYMO VENANTIO DEQUE EIUS LIBRO QUI "CALLOPHILIA" SEU "DE PULCRI AMORE" INSCRIBITUR	Marcus Belli.
DIVINI SPIRITUS REPRÆSENTATIO APUD URBEVETANAM CIVITATEM	Aloisius Fumi.
DE URBANO TEMPLO S. CAECILIAE DEQUE RECENTIBUS IN IPSO EFFOSIONIBUS.	Romanus.
QUORUNDAM ANIMALIUM VIAE, PUGNAE, INSTINCTUS	M. Lani.
COMMUNIA VITAE - Peregrinatio per cubiculum	H. D. V. Pieralice.
LOLLIUS SIVE DE PROVECTA LATINITATE	P. Angelini.
IN IOSEPHUM VERDIUM	A. Cerasoli.
LATINAe ADNOTATIUNCULAE - Factio, Seditio, Rebellio, Tumultus	Forsex.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO	I. M.
AENIGMATA	I. Battanius.

In tertia operculi pagina:

PER ORBEM	Viator.
VARIA: Funera canis - Nova in latrones ex apibus arma - Photographia ex electride - Bibliotheca Babilonensis - Utilitas ex fumo - Ioci .	P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCCCI

COMMENTARI "VOX URBIS,, INDICES SINGULI

II num. ann. IV.

De Gallorum reipublicae discrimine - P. ROSSANI.
Annus MCM - P. R.
De S. Isidori Pelusiota epistulis - N. CAPO.
Suffragia apud maiores ad gerendam rem publicam - SENIOR.
Montium Pistoriensium laudes - M. RICCI.
De Pistorio urbe clarissima - A. BARTOLI.
Reliquiae « S. Mariae Antiquae » in Foro repertae - ROMANUS.
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
Cuiam Urbis incendium tribuendum quod Nero-nianum dicitur - C. PASCAL.
Ex Americis - De Americano gratiarum die - H. DOSWALD.
Quæstiones inter socios propositae - De anno quo Christus natus est - M. DOS.
Titulus Kassala apud Dervicos in honorem italorum militum nuperim positus - F. RAMORINO.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Nicolai Machiavelli sententiae de legibus - C. DEHO.
Aenigmata - F. PALATA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Priusquam incipias, consulto - Sinensis deliciae - Ioci - P. d. V.*

III num. ann. IV.

XIX saeculi civiles eventus - P. R.
De communi omnibus eloquio constituendo - SENIOR.
Ex Gallia - Latinae humanitatis triumphus - L. P. MICROVIR.
Dominicus Cimarosa - I. ANTONELLI.
Cosacorum exercitationes et ludi - A. COSTAGGINI.
An. Christ. M DCCC pridie kalendas Ianuarias a Iesu Christo ineuntis saeculi auspicia - LEO PP. XIII.
Horæ subsecivæ - Sub icone S. Caeciliae a Raphaelæ Urbinate depicta - De Sensu decori - I. BATTANIUS.
Romani Fori monumenta novissime reperta - FORFEX.
Cuiam Urbis incendium tribuendum quod Nero-nianum dicitur - G. P.
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
Mirabilia caeli - P. A. M. ROVITTI.
Annales - POPLICOLA.
Victoria Regina, Imperatrix - P. ROSSANI.
Iosephus Verdi - Vox Urbis.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - I. A.
Aenigmata - F. PALATA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Litterarum opus immane - Ubi primum loci illi currus omnibus pervii? - Ioci - P. d. V.*
Sociis monitum - A. SECRETIS.

IV num. ann. IV.

Iosephus Verdi - I. ANTONELLI.
De communi omnibus gentibus eloquio constituendo - N. CAPO.
De prima Christianorum persecutione deque epistula quadam Pseudosenecæ iniuria neglecta - F. RAMORINO.
Anglorum monumenta - LAELIUS.
Pro Brutii - R. PANCARO.
Novae Summi Pontificis litteræ de « Quæstione sociali » - FORFEX.
Chronologia Christi Domini - P. A. M. ROVITTI.
Horæ subsecivæ - In pueruli mortem matris lamentatio - A. GALIERO.
Communia vitae - Per aequam glaciem abeundi ratio - H. D. V. PIERALICE.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - H. P.
Aenigmata - DIGAMMA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Recensiones singulares - Nosocomium novi genitivis constitutum - Ioci - P. d. V.*
Sociis monitum - A. SECRETIS.

V num. ann. IV.

De litterarum certamine a commentario *Vox Urbis* indicto iudicium sententiae:
I. - F. RAMORINO.
II. - P. ANGELINI.
III. - A. CIMA.
Poetarum mixta aerumnis gaudia - FR. X. REUSS.
De Christiana democratis - P. ROSSANI.
Senatus et popularium oratorum aedes Vindobonae - FORFEX.
Ex Germania - De populari quadam Germanica Societate - P. ALT.
Lympha in variolas pueri ingesta - LAELIUS.
Böklin pictor - G. P.
Quæstiones inter socios propositae - De una eadem que apud omnes pronuntiatione latina - A. SORDET.
De statura hominis - M. LANI.
Communia vitae - Per aequam glaciem abeundi ratio - H. D. V. PIERALICE.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Aenigmata - I. CASTELLI.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *De Sinensi « Encyclopædia » - Nullane in posterum aquarum victoria? - Ioci - P. d. V.*

VI num. ann. IV.

Leoni XIII P. M. - A. CERASOLI.
Ex Europaeorum foedere publica futura commoda - P. ROSSANI.
Crucis historia - (ex ineditis) M. ARMELELLI.
De popularibus athenaeis - I. ANTONELLI.
Circus musicam animalia quid sentiant - P. ALEXIS.
Novus et Societate Iesu commenticiorum fabularum auctor - SENIOR.
Ex Americis - De cataractarum Niagarae hieme - H. DOSWALD.
De sapientum inventis nonnulla - M. LANI.
Communia vitae - Per aequam glaciem abeundi ratio - H. D. V. PIERALICE.
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
Horæ subsecivæ:
Monti Regali vale dicens - I. SOLA.
Ad Sanctam Ritam a Cassia vulnus Spinae D. N. I. C. in media fronte referentem - I. ROTATI.
De Petro et uxore eius - I. BATTANIUS.
Vita functi viri clariores - I. F.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - P. A. - H. P.
Aenigmata - F. PALATA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Utilisne terraemotus? - Quid colligatur in perscrutatione digitorum - Nasus Cyclope dignus - Disipulorum respublica - Quae apud Iaponenses - Ioci - P. d. V.*

VII num. ann. IV.

De opificum desertionibus - P. ROSSANI.
De saeculo XIX iudicium - SENIOR.
Litteratorum hominum aerumnæ et gaudia - A. BARTOLI.
Crucis historia - (ex ineditis) M. ARMELELLI.
Biblicæ antiquitatis vestigationes novissimæ - G. P.
Christus homo a triumpho ad sepulcrum - LAELIUS.
De librorum commercio apud Romanos - D. TAMILIA.
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
Ex Rumenia - B. ATHANASIUS.
Communia vitae - De Paschalibus dapibus - H. DE VECCHI-PIERALICE.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - I. F.
Aenigmata - I. BATTANIUS.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: *Automobile anfibium - Novum ignis lucisque genus - Num in luce vita? - Arcana lacuum coniubia - Ioci - P. d. V.*

VIII num. ann. IV.

De graecis litteris tuendis in scholis secundi ordinis - N. CAPO.
De « Legenda Trium Sociorum » - F. RAMORINO.
Crucis historia - (ex ineditis) M. ARMELELLI.
De Sibyllis - G. P.
Insanientis sapientiae placita - A. CERASOLI.
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
Ex Batavia - De certamine poetico Hoeufftiano - G. B. SPRUYT.
Communia vitae - De Paschalibus dapibus - H. DE VECCHI-PIERALICE.
Ex Americis - De rebus civilibus varia - H. DOSWALD.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Nicolai Machiavelli sententiae de regni administris - C. DEHO.
Librorum recensio - P. A.
Aenigmata - H. GUEPIN.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.

Varia: *Divinatio per chartas Iusorias - A quo Americas nomen? - Quid de humano genere XXI° saeculo? - Tribus diebus Atlanticus praetermissum - Ioci - P. d. V.*

IX num. ann. IV.

Poetici certaminis vitor argenteo numismate decratus - FR. X. REUSS.
Kalendis Maiis MCM - I. TONILO.
De latina lingua in popularibus athenaeis - H. D. V. PIERALICE.
De Sinensium Milesiis fabulis - A. COSTAGGINI.
« Typographia », ac « telegraphus », apud antiques - R. PANCARO.
De Tertulliano rhetore - I. MARRA.
Crucis historia - (ex ineditis) M. ARMELELLI.
Arabum mores - A. VIEILLOT.
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
Quorundam animalium viae, pugnae, instinctus - M. LANI.
Ex Americis - De praeside Mac Kinley suo muneri initato - H. DOSWALD.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - I. F.
Aenigmata - I. BATTANIUS.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.

Varia: *Paschalis currus et Columba Paschatis, Florentiae - Cornix et bellum - Infernæ dicenda urbs erit?... - Ioci - P. d. V.*

X num. ann. IV.

E Sinis novissima dubia - P. ROSSANI.
De latina lingua in popularibus athenaeis - H. D. V. PIERALICE.
Iaponiorum fabulæ commenticiae - A. COSTAGGINI.
De sancto Paulino poeta - I. LEMETTE.
In saeculum XX a reparata per Christum hominum salute - FR. X. REUSS.
De planeta Marte - ALPHA.
De Sibyllis a Raphæle Sanctio pictis - LAELIUS.
Nuperæ effossiones in Graecia et Mycenaæ actas - G. P.
Ludi veteres et recentiores - De « digitorum micatione » - SENIOR.
Napoleonis ingluvies - I. ANTONELLI.
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
Horæ subsecivæ - In Iosephi Verdi obitu - A. PIZZUTO - Graphis ex vero adumbrata - I. FEDELE.
De tabaco nonnulla - P. ALEXIS.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - P. A. - H. P.
Aenigmata - F. PALATA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.

Varia: *Insanienti restituta mens per singularem interpretationem - Ioci - P. d. V.*

Epistolarum commercium - A. SECRETIS.

M IHI de locu invenisse, ubi binali constire fuissent coloniae insulae ut, Reeves, desertorum anno MDCCCLX populi suo mercii fierent, commitemnae sapientiam Americam ipsam in patriam redire arbitrorum sententiam dlex esset prov

Atqui ut apprime nosca ferre placet.

Lex iis tam operarii quas trusts vnum pericula ceterum arbitrii gulis discordia opifices forte evi viros convenis domini et opificalis legis Compositio

non arcentur, cum remedium ad rem forte vincia tunc esse eos appellaveri quoque in ius

Sed antequisstant, omnes stra tentasse per regiones distincte dato aucti, qui communibus sententiae nisi per vim obtinent, tubitos appellati guntur, quorum alter ex iis, qui tertius inter sup Dum pendet lis

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

DE ARBITRIS LEGE ADEUNDIS

MIII de desertionum iure at simul de damnis locuto laetissimum fuit fortunatas insulas invenisse, ubi quae auspicabar de arbitrorum tribunali constituendo, non iam in votis essent, sed re fuissent constituta. Fortunatas dixi Novae Zealandiae insulas, quarum civitati primum contigit ut Reeves, rei publicae operibus praefecti, consilio, *desertionum omne dissidium a suis terris iam ab anno MDCCXCIV perpetuo exsularet*. Qui quidem populi suo gubernio commissi eiusque commercii damnis, quae ab iteratis desertionibus fierent, commotus, Telemachus veluti alter, aeternae sapientiae vestigia inquirens, Europam, Americam ipsamque Oceaniam tenuit, ac deinde in patriam redux rogationem tulit in comitiis de arbitrorum tribunali constituendo, cuius ad sententiam discordantibus operariis et dominis lex esset provocare.

**

Atqui ut quisquis huius appetens rationis apprime noscat praecipua legis capita, hodie referre placet.

Lex iis tantum industribus artibus est, quorum operarii peculiares illas pactiones iniverint, quas *trusts* vocant. Ibi enim maxima desertionum pericula ubi huiusmodi consortia virent: ceterum arbitraris non terendum tempus, ut singulis discordiis provideant, quae inter singulos opifices forte enascantur. Satis est autem septem viros convenisse ut *trust* habeatur, quinimmo et domini et opifices ad ea ineunda impelluntur, ut arbitralis legis beneficio fruantur.

Compositio, aut privati iudicis sententia, hinc non arcentur, sed et foveat lex tamquam optimum remedium, et praebet consilia, ut tuto ritu ad rem forte procedatur. Iudicium autem provincia tunc esse coepit, cum alterutra pars ad eos appellaverit, qua quidem formula altera quoque in ius vocatur.

Sed antequam coram iudicibus adversarii sistant, omnes componendae litis modos se frustra tentasse probandum; quare exstant suas per regiones distincti magistratus conciliatorio mandato aucti, quorum collegia patroni et opifices communibus suffragiis deligunt. Horum autem sententiae nisi partes acquiescant nullam cogendi vim obtinent, tuncque altera parte invita, ad arbitros appellatio est. Arbitri tres a republica eliguntur, quorum unus ex candidatis quos opifices, alter ex iis, quorum nomina domini professi sint, tertius inter supremi tribunalis iudices deputatur. Dum pendet lis, nec domino occludendi opificii

facultas manet, nec operariis ab opere recedendi. Iudicibus opificia adire licet, opificum testimonia excipere, libros sumptuarios lustrare. Renuentes etiam vinculis coercendi ius est. Ab arbitrorum sententia nulla provocatio, ne ex defectu quidem ritus conceditur.

Si quis contra sententiam fecerit, plerumque carcere poenam luit, at est quoque veniae relatus locus. Verum si quis aut pendente lite aut post latam sententiam deserere opus maluerit aut opificium concludere, nequit postea ad intermissum redire commercium, nisi sententiae legibus sese subiiciat.

**

Lex, cuius haec summa, pluries iam desertionibus componendis adhibita est, idque optimo semper eventu. Eius enim favore nec dominus relinquitur absque praesidio, neque operarius absque tutela: iura sua ex utriusque defensione muniuntur. Merces operis minima plerumque statuta est, at pro variis rerum adjunctis sapientiae iudicium fuit eius pretium constituere et iuxta redditum operis et iuxta industre negotium, de quo agebatur.

At legis beneficiis non modo opifices et domini, verum etiam civitas omnis fruitur, hac re saltem — ne de pacis commodis dicam — quod arceatur passim in mercibus commutandis vel conficiendis fraudis; operarius enim aliquando ante tribunal vocatus cum sibi iuriandum delatum fuerit, domini sui occultas fallacias potest revelare. Ne quis denique de sententiarum iustitia et aequitate dubitet, id addendum, quamvis pleraque earum operariis faverint, nullum tamen dominum suam officinam reclusisse, aut in aliam transilisse regionem.

**

Quibus positis, ecquid morae ut de arbitratis lege adeundis apud nos quoque sedulo inquirant qui in rei oeconomiae doctrinam incumbunt, praecipue christiana popularis civitatis asseclae, quos non partium studium sed una iustitia urget cum caritate conjuncta?

P. ROSSANI.

DE GRAECIS LITTERIS TUENDIS IN SCHOLIS SECUNDI ORDINIS

I AM vidimus (1) dimidiatas fere eorum esse litteras qui graecae sint rudes linguae, itemque animadversum quam multum optimus quisque eius e studio possit proficere: quae quidem, ni satis argumentorum mentis oculus suppeditaret, res ipsa apertis declararet verbis. Ne quis autem temere hoc affirmare me ar-

(1) Cfr. ann. IV, num. VIII.

guat, verba referam, quae magna auctoritate et doctrina vir, Aloisius Cremona, usurpavit saepius, « usu cognitum ac persuasum sese habere adolescentes mathematicae ac physicae studio in illo, cui vicesimum octavum iam annum praeest, Romano athenaeo operam navantes, multo meliores evadere si in humanis scholis secundi ordinis primam litterarum institutionem habuerint, ac si in illis, quae vulgo apud nos tecniche nuncupantur ». Ex quo luce clarius appareat optimum quemque, illa institutum doctrinæ elegantiæque palaestra, quae graecis constat litteris, multum posse proficere ad mentis habitum animumque formandum.

Neque tamen dissimulabimus perexiguos nunc esse fructus, quos adolescentes e graecarum litterarum studio capiant, ut Horatianum illud hic non omnino abs re sonet:

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Quamquam hoc argumenta a nobis allata infirmare minime poterit, si quis rei adipiscenda rationi advertat animum, eamque, si sapiat, iniquam plane profiteatur.

Ad quid enim plerumque redit in lycei scholis optimorum latinae et graecae linguae scriptorum studium nisi ad laboriosam verborum investigationem, quo caput quoddam quid valeat cerni liceat, idemque vulgari reddatur sermone; quae omnia, ingrata quippe quae aequa careant mercede, ad extingueda potius valent servida adolescentium ingenia animorumque insitam vim?

Ne sint grammaticae lexicique pracepta non modo comminuta aut spinosa, sed ne id quidem quod unice spectemus, si volumus a bonis litteris humane excoli adolescentium animos, quod quidem primum schola promittit. Oratio quaedam Ciceronis perpenditur: de variis agamus lectionibus, interpretemur, ornate vulgari reddamus sermonem, neque satis superque fecisse arbitremur, sed felicissimi huius ingenii elegantiam ubertatemque loquendi, crebra et nitida sententiae verborumque lumina, numerosas comprehensiones admiremur itemque rem, de qua agitur, nobis fingamus animo in memoriam quae id temporis acciderunt redigentes, ut orator vehementissimus ob nostros reviviscat oculos eiusque vocis imaginem ad nostras permanet aures.

Continus sit legendi usus multique per voluntentur scriptores si fructuosam lectionem volumus neque tantum ad meram vertendi exercitationem, potius vero ad antiquorum mores, instituta, facta penitus ediscenda: tum enim maximum ex optimorum scriptorum studio capiemus fructum, cum ipsorum libri, ut ita dicam, antiquitatis limina nobis aperiant.

Hac latinam graecamque linguam docendi ratione libentius profecto utiliusque adolescentes eas excollerent, praesertim si iis, ut sermonibus fit in ore hominum hodie lati, mature ampla, ni summa lexici cognitione commendaretur, qua legendi amor magis in dies acutur atque firmatur.

Numquid autem parvi facienda legum, quae in scholis excentur, continua immutatio, quae extremis his annis magnam attulit perturbationem in serena studiorum regione?

Hisce sane perspectis causis nil mirum quod humanae scholae quem prosequuntur finem minime consequantur, praesertim cum - durum, sed esto veritati locus - longe excedant animi mentisque facultates eorum omnium qui ad eas accedunt.

At - dixerit quispiam - nemo, qui sapiat, infinitabit studia nunc esse instauranda, ut mutata rerum temporumque condicio reposcit. Ecquis hoc negare audeat? Scio quidem nonnihil merito desiderari: novi idemque plurimi immutandae studiorum rationis conatus propositi aperte declarant. At nullus adhuc litem diremit, nisi forte unus composuerit, prae ceteris commendabilissimus, cuius placet hic mentionem facere. Iamdudum a multis in medium profertur per exiguae in lycei scholis studiorum fructus asperisque notatur verbis disciplinarum ambitus atque copia omnino inter se abhorrentium ut plerumque fiat adulescentes, supremo facto periculo, multa pae se ferre scire, re autem nihil scire. Accedit necessitas in dies gravior sermonibus praeclarissimarum aetatis nostrae gentium diligenter studendi, qui sane, si iis omnibus superimponantur, quae iam sunt scholarum disciplinis, magis magisque irritam omnium institutionem efficiant. Quod igitur excogitamus remedium ut ingravescenti occurramus malo?

Huic medebimur optime si iis assentiamur qui iam a lycei scholis adulescentibus studiorum optionem faciendam esse contendunt. Tum enim et quibus in animo est scientiae varias excolere partes et quibus humana penitus studia prosequi, utrisque invicem disciplinis quae minus ad rem faciant exoneratis, facultas fiet sermonibus gallico atque germanico, vel anglico potius studendi, quod quidem nemo est quin dubitet magis magisque in dies desiderari. Huic prorsus sententiae favet c. v. Iacobus Cortese, qui nunc in moderandis Italorum studiis secundum obtinet locum; atque utinam valida eius ope, quod iamdudum mulorum est in votis, denique perficiatur!

Alterum liceat mihi optatum proferre, ut longe dies absit, quo illorum vincat sententia qui omnino graecas litteras abrogandas censem. At si aliquando venerit, optandum certe ne Itali nos primi hoc patremus litterarum facinus, sed ultimi potius, si apud exteris gentes beneverterit res, tantam repudiemus hereditatis gloriam.

N. CAPO.

MUSICA ET EXCELLENTE INGENIO VIRI

HACTENUS ea nobis opinio fuit, qua credidimus viros quoscumque a musica non abhorrere, idque praesertim quia Musae Charitesque quadam sunt inter se societate coniunctae, sive originem spectes, nam a Iove principium, sive vitae consuetudinem, nam, duce Apolline, Heliconam habitant, ibique chorosque choreasque ducunt. Ita graeci poetae allegoriis et fabulis vera narrabant; et in re est, omne bonum et omne datum optimum de sursum esse, et in mortales descendere a Patre luminum. Non autem excellentem esse posse virum, qui Musas reiecerit, arbitramur. Maxima vero scriptorum veterum idem monumenta confirmant, quibus apud Homerum, Hesiodum, Vergilium, Statium scimus eos fuisse magno in honore apud reges amplissimos, qui requirebant in peritia sua modos musicos, sive tibiis, sive chordis haec exercent, fuisse et vates, quorum nomina

dant Archias apud Lucullum, Marcum Tullium, Pompeium, denique Senatum omnem, Vergilius, Horatius, Ovidius apud Augustum et Moecenatem; fuisse Lucanum et Senecam apud Neronem; fuisse Martialem et Statium apud Flavios Augustos. Recentiores praetereo, nam in notis versamur, qui ingentia praemia, honores, divitias ipsi cantu, fidibus, carmine, magnumque pondo pecuniae passim e dynastis, et rebus retulerunt, et referunt. Quin etiam de Epanominda scimus optime tibiis cantasse et commode saltasse, de David scimus excellentia carmina scripsisse, citharae modis numerisque cantus suos inseruisse, Neronem sono, cantu, carmine Musas ad amentiam fuisse prosequutum. Tyrtaeum Spartiatis bellatoribus insignem chordis et versu et numeris, Fridericum, Borussiae primum regem, vel invito patre, musicae dedisse eximie operam. Denique, si vera fama, ipsius Augusti Germanici Wilhelmi primogenitus, adulescens uberrimae spei Europae et patriae, adeo narratur singulari indole in musicam ferri, ut patri, sapienter prospicienti, optime visum sit potestatem facere filio, qua sequatur, quo vergit, indolem.

Quae autem de musica proprie dicta, sonis, chordis, organo conspirantibus usa, detulimus, ea non minus de poetica dicendum putamus; tum quia res est in numeris, qui percipiuntur auribus et auribus iudicantur, corde magistro atque animo inspirante, tum quia graeci latinique poetae tradiderunt in more esse facientibus ex tempore carmina, praesertim ad coenas regum, illa seu cithara, seu cheli persequi, sociare, adiuvare, canere. Neque abs ritu hoc fecisse traduntur qui, veterum instar, recentioribus in nostris saeculis extiterunt, qui *rhapsodi*, *troueurs*, *menestrelli* nuncupati sunt, et una carminibus citharaque vagabuntur insignes, magna semper apud reges et duces et populos benevolentia, et propemodum dicam religione, suscepti. Quae cum ita sint, illud eluet ut quae de David, qui mirabilis voce, versu, chordis, armis, imperio, victoriis, divitias super quamplurimos reges, duces, heroas, vatesque fuit, eadem de Moyse, de Baruch, de Debora, de Iudith ipsi dicamus; quibus arguimus summos viros musica usos, musica delestatos.

At recens adversus haec, quae dicavit historia aeternitati, Scotus quidam Andrew Lang orsus est, cuius iudicio maxima pars poetarum ac litteratorum virorum (quid ni?, recenset insuper duces et reges illustres!) detestata est sonos et cantus. Si tamen standum ad literam verbumque sit, potius: «detestatur», quam: «detestata sit» ille scribit. Cui verbo si adesse voluerimus, hoc unum ille adstruet, praesentes haberi a priscis degeneres, recinente Horatio ab aetate avorum parentes nostros ortos esse peiores maioribus, a parentibus nos nequiores, mox daturos vitiosorem progeniem. Sed ea ipse quae adstruit, ex particularibus adstruit; at dum in universale conatur extenderet, in illam incurrit dialectica legem, quae negat ex particularibus generalia posse deduci. Qui enim eius morem sequutus gibbosos nomine enumeraverit, qui toto nunc vivunt in orbe terrarum, ipse centum fortasse millia gibbosorum et ultra habebit in manibus; totidem lumine laeos, totidem brevi pede, vel distorto crure claudicantes. Agite nunc; iurene quispiam deducat integrum genus humanum constare luscis et strobis et gibbosis et claudis?..

Sed ipsum enumerantem sequamur. Senior Samuel Johnson, ille scribit, musicam appellat ingratos inter rumores rumorem minus ingratum, atque hoc se tuens clypeo aperte fatetur sibi musicam taedio esse, fastidio, abominatione, execratione. Nil praeter hoc? immo et praeter hoc addit, musicam ipsa

blasphemia deteriore esse; non enim instar blasphemiae colloquia implet, perficit, adiuvat? Fugies poemam, inquit, fugies picturam, musica te sequitur, et vel invitum cogit audire,

..... neque
Decedit aerata triremi,
Et post equitem sedet atra...

Quid faciemus homini tam immansueto? Dabimus viam, qua fugiat in heremos, et nemora inhospita, ex quibus ante tigrides, leones, onagros, lusciniolas, merulos, carduelles, attides curabit expellere, ut bene conquiescat.

Fuere, non negamus, aliquot egregii, qui vel mala aurum conformatio, vel gutturis vitio musicam non percepient, et si percepent reddere nesciverint voce perceptam, nonnullos ex hisce vel familiares nunc habemus, qui in montanis plerumque nascentur et degunt. Quid? Dicenda hinc musica cultae gentis et humanioris virtus; quod quidem ipsa natura indicare videtur, quae musicam virtutem lupis, leonibus, pardis, ursis, asinis omnino negavit; deditque gratiosis lusciniis, carduelibus, passeribus sive solitariis, sive canadensis, quod saevientibus aquilis, milviis, vulturibusque immisericordibus non concessit.

Philosophus Emerson indocili aure, cum scholis collegii inesset, e disciplina musicali expulsus fuit, quasi pictor, cui oculi defuissent, aut infirmitate, quam daltonismum vocant, laboraret. Dux et imperator americanus Grant quoties musicae adisteret sui munieris causa, toties se martyrio torqueri confitebatur, cui pulchrior ac iucundior musica, quae brevissima, iucundissima et optima quae nulla prorsus, visa semper est. Catharina II Imperatrix saepe dicebat se vel imperium daturam ut musicae delectationis particeps fieret, quippe in musica nihil experietur praeter rumorem. Napoleon I animo infremebat ac turbabatur musicam audiens, nec extra plebeiam cantionem: *Marbrouk s'en va-t-en guerre*, submisso murmurare callebat. Neque minus invisa Napoleon III, Gambettae, Victor Hugo musica; idem de Theophilie Gautier, de Beaumarchais, de Goncourt, de Aemilio Zola dictitant. Esto quod Macaulay, quod Max Müller, quod Henricus Bükle, quod Byron, Shelley, Tennyson, Humphrey, Davis musicam vel nescirent sequi, vel nescirent iterare, vel discordi voce incertaque essent. Quot sunt hi ut cum tot conferas, qui audiunt, sequuntur, ingeminant, colunt?

Rem igitur facto restituamus. Iucunda omnibus musica est sive humilioribus, sive summis. Si cui invisa, aut iucunda minus, querendus hic est neque in infimis, neque in excelsis, sed in iis, qui aurum, gutturis, et si quod morbosum aliud fuerit, vitio afficiantur.

SENIOR.

DE HIERONYMO VENANTIO DEQUE EIUS LIBRO QUI "CALLOPHILIA", SEU "DE PULCRI AMORE", INSCRIBITUR

NON dubito quin egregii huius commentarii lectoribus gratum futurum sit, si paucis, quae ad Hieronymi Venantii vitam moresque pertinent, praemissis, aliquam de eius libro, qui *Callophilia seu de pulcri amore* inscribitur, notitiam exhibeam.

In Portu Romatino a. d. v nonas Martias, anno 1791, ex Venantio Venantio et Augusta Marchi, generis nobilitate claris, Hieronymus ortum habuit. Huic, a prima aetate, Joseph Fortis, sacerdos integritate vitae probatissimus, in paterna domo, lit-

terarum el
matino gy
tiae studiu
abstrusa q
quaenam tu
stat ex Hie
sua nondum
torica discip
translationib
bum quidem
ignota nomi
orationis T
nantes versa
effutiebat, ut
tradenda epiti
latine exarata
mente, mem
sices et math
et sapientiae

Tamen, n
sed vera, Ro
animadver
positam studi
sermo est, Ita
iudicij sanitati
Gozzius, Var
pro virili part
stituerent? Ce
litteris spes fe
quae vitio lab
remedia quam

Humanitati
gymnasio perf
rum sede, inlu
quentia celebre
scientia elabor
cum laude, ani
mum, ad summ
blice disputante
Patavinæ provi
procreandis int
ingenii vim in
adeo approbavi
nus, quod a se
cretiore suo cul
hanc condicione
probante, acces

Omnis eo
admiratio, qui,
instinctu, Italor
concitabat; cui
bor, non solum
blica bene gere
igitur quantum
rerum adiuncta
essel, tum ingen
et studio, quae
dedere, tum imp
tiplicia arduaque
iae moderatori
postquam Napo
runt, contigit ut
munus Patavinac
tur. «Quoties»,
venerandum hu
pora illa recogno
post primi Italico
frugem fato inelut
deflevissent! (1)

(1) *Nei funerali*
Udine 1872, pag. 5

terarum elementa dedit. Ut excessit e pueris, in Romantino gymnasio, ad politiorum litterarum ac sapientiae studium se contulit, ingenii alacritate, qua celeriter abstrusa quaeque arriperet, cunctis admirandus. Ast quaenam tunc temporis docendi ratio et via? Praestat ex Hieronymo ipso audire, qui, in libro de vita sua nondum edito, haec peropportune scribit: «rhetorica disciplina tota in creberrimis ineptiis ex latinis translationibus sita erat; litterarum italicarum ne verbum quidem; Dantes, Petrarca, Areostus, Tassus mihi ignota nomina: poëtici sermonis Cesariottius, solutae orationis Thomas exempli instar positi. Qui resonantes versus vel inutilia quaedam et hiantia verba effutiebat, utroque pollice laudandus. In philosophia tradenda epitome logices et metaphysics adhibebatur, latine exarata, quae, herculeò nisu, sine ratione ac mente, memoriae a tironibus mandaretur: adde physices et mathematicae notiones primas. En litterarum et sapientiae studia! »

Tamen, ne quis, partium studio, haec verba amara, sed vera, Romatinis doctoribus ut probrum obiciat, animadvertisendum est hanc inordinatam atque incompositam studiorum rationem, praesertim si de litteris sermo est, Italia tota, saeculo decimo octavo exeunte, iudicij sanitatem corrupisse. Quis enim ignorat quae Gozzius, Varanus, Parinius et Alfierius tulerint, ut, pro virili parte, bona studia in pristinum statum restituerent? Ceterum, in praesentiarum, affulget ne litteris spes felicioris aevi? Facile est alicuius rei, quae vitio laboret, censuram agere, verum tardiora remedia quam mala.

Humanitatis ac sapientiae studiis in Romantino
gymnasio perfectis, Hieronymus, Patavii, in littera-
rum sede, inlustrium doctorum et alumnorum fre-
quentia celeberrima, per quadriennium in iuris civilis
scientia elaboravit; ibique laureum sertum, maxima
cum laude, anno 1811 adeptus est. Forte Hierony-
mum, ad summos iuris honores rite capessendos, pu-
blice disputantem coram almo professorum conlegio,
Patavinae provinciae praefectus, qui novis doctoribus
procreandis intererat, audivit, eumque tam maximam
ingenii vim in primo aetatis flore p[ro]ae se ferentem
adeo approbat, quem dignum existimaret cui mu-
nus, quod a secretis, sive ab epistolis vocant, in se-
cretiore suo cubiculo concrederetur. Quamobrem ad
hanc condicionem Hieronymus, libens animo, matre
probante, accessit.

Omnis eo tempore ceperat Magni Napoleonis admiratio, qui, gloriae suae fascinatione, quasi divino instinctu, Italorum adulescentium mentes potissime concitabat; cuius *praepotens* virtus, industria et labor, non solum in re militari, sed etiam in re publica bene gerenda latissime patuere. Haud mirum igitur quantum Hieronymo, ad maiora nitenti, haec rerum adiuncta profuerint. cum occasionem nactus esset, tum ingenii acuendi illarum legum cognitione et studio, quae ceterarum gentium imperiis normam dedere, tum impigra alacritate et prudentia, qua multiplicia arduaque officia expediret, Patavinae provinciae moderatoris exspectationem superandi. Nam, postquam Napoleonem Magnum adversa fata tulerunt, contigit ut Nostro, in principatu commutando, munus Patavinae provinciae administrandae deferretur. « Quoties », verbis utar Fausti Bonò, « memini venerandum hunc senem, veluti furore afflatum, tempora illa recogitare, animique sui trepidationem, cum post primi Italici Regni interitum, bonam libertatis frugem fato ineluctabili amissam optimi quique cives deflevissent! » (1).

(1) *Nei funerali del dott. G. Venanzio.* Parole di F. Bonò, Udine 1872, pag. 15.

Civiliū munerū curriculum Hieronymus inde
persecutus est: primum apud congregationem pro-
vincialem Tarvisinam relator fuit, et rursus eodem in
munere, Patavii, usque ad annum 1830; quo anno,
nimio labore fatigatus, immatura canitie obreptus,
immeritaque calamitate excruciatus, in Portum Ro-
matinum, in avitam domum, revertit, totumque po-
litiorum litterarum et sapientiae studiis se abdidit.
Hic Sylviam Bonis, virginem eximiis ornatam virtu-
tibus, uxorem duxit, quacum conjunctissime vixit.

Hactenus de Hieronymi Venantii vita et moribus. Dicam nunc de sapientiae ac litterarum monumentis, quibus ipse celebrati nominis famam inter aequales invenit.

Praecipuum ex maioribus Hieronymi operibus illud est, cui titulus *Callophilia*, idest *pulcri amor*, in quod adeo strenue incumbit, ut, quo copiosior, in tanto opere evolvendo, philologiae apparatus ei suppeteret, octavum et trigesimum annum agens, Alfieriano exemplo, primis graeci sermonis rudimentis operam dederit. Quaenam autem *Callophiliae* ratio sit, quan-

tum in me est spatique angustia sinit, paucis absolvam.
Callophiliae argumentum tres in libros distribui-
tur: in primo agitur de nativa, idest de physica sive
naturali pulcritudine, quam animi sensum, non veri-
tatem, Venantius esse affirmat. Omni aetate, condi-
cione ac studio, homo pulcri sensu tenetur. Pietas,
exempli gratia, in Deum, in parentes, in patriam alia-

que id genus multa, hominem vehementer commovent: ex quo Noster naturalis pulcritudinis sensum in eo situm esse contendit, quod res, quibus universa natura consistit, aptae sint ad hominis sensus aequaliter et congruenter exercendos. Consecutiones, quae inde fluunt, accurate exquisiteque exponit, positoque discrimine inter quod verum, quod pulcrum, quodque honestum est, ex varietate uni coniuncta pulcri sensum igni ostendit. Sed, quoniam animi natura id primum postulat, ut ipsius partes apte exerceantur, cui necessitati, quod ad hominis sensus attinet, naturalis pulcritudinis sensui satisfacere competit, principia statuuntur, quo quisque expeditius, omnique abiecta cunctatione, agnoscat quinam animi motus, quo gradu quibusque causis, honesti habendi necne sint. Exemplar vitae, morumque ratio et norma honestum est, quod, non mobili hominis impetu effertur, sed conscientiae voce, in omnibus una, continetur. Cum autem honestum pulcritudinis naturalis sensus quedam procreatio sit, patet utrique easdem condiciones et leges esse praefiniendas: sensus ergo videndi audiendique, in primis, honesti ὁγγεῖα sunt. Summa et mira explicatione Venantius diversas honesti species enumerat, sicque libro secundo finem imponit.

Pulcritudo artificiosa tertii libri argumentum est, verum totius operis caput. Cum aliquid pulcri alte hominis animum movet, sensus in imaginem vertitur, sensuumque imaginumque vi ii oriuntur animi motus, qui voluntatem ad agendum impellant: hinc poësis, hinc imitationis origo. Argute Venantius disserit de perfecta pulcri specie, cuius officia et notas tradit contra eos, qui hanc pulcritudinis formam esse negent. Postremo concludit pulcritudinis sensum non tantum delectationis iucundarumque investigationum argumentum esse habendum, cum hominis naturae fundamentum, et dux, et imperator sit, quo animi motus efferantur et aequa regantur. Arti logicae itaque aequiparandum, quod haec animum ad verum fletat, ille educet cor. Ethicam, metaphysicam, iuris scientiam, oeconomiam ex pulcri sensus amore fructus uberrimos percipere posse.

Haec est totius *Callophiliae* ratio, quam summam et faciliore quo potui modo exponendam curavi;

namque spatii angustia labore, et insuper de sapientiae disciplina, si non elegantissime, at certe non pesime disserenti non nihil negotii est. Quod autem ad *Callophiliae* stilum spectat, Venantio religiosa cura fuit, ut, toto opere, dicendi genere perpolito et quibusdam quasi luminibus distincto verborum ac sententiarum uteretur. Meminisse iuvat *Callophiliae* libros, iterum Panormi editos anno 1837, Academiae Florentinae, quae a cribro farinario habet insigne, nonnullorumque litteratorum hominum veras meruisse laudes, locosque pulcherrimos, veluti orationis perfectique stili exemplaria, tironibus, in illis qui tum ἀντολογικαὶ libris ferebantur, propositos fuisse.

Nihilominus, fateamur oportet non omnibus eam definitionem, qua Hieronymus Venantius statuit « pulcritudinem animi sensum esse, non veritatem » probatam, compluribus immo erroneam ac falsam visam fuisse: quare acri et subtili ingenio interdum utrinque concertatum est. Demum Noster, e priore sententia recedens, in novo opere, cui titulus *Saggio di estetica* (1). dubia explanavit, doctrinamque genuinam de pulcritudinis sensu, qua tenus ab hominis mente percipitur nitide expressit. Quapropter de hisce duabus maioribus Hieronymi Venantii operibus, alterum ab altero perfici, dicemus. Exemplum mirandum sane, quod nos vetat modestiam religionisque vim in tanto referre viro, qui, veritatis amore, laudis studio cedere maluerit, quam in opinionis errore obdurare!

De scriptis minoribus, quibus in politioribus litteris Venantius non mediocrem famam assecutus est, aliquid addam.

Iam, a prima iuventa, Hieronymus lyricis carminibus lusit et ad scenarum actus quaedam non incondita composuit. Hic tantum meminero *Ode* in Concordiam Iuliam inscriptam, Patavii editam anno 1820, in honorem Episc. Petri Cianii tum primum in Concordiensem dioecesim, ad pastoralia munera capesenda, solemniter adventantis. Maioris momenti est commentarium *De praesentibus politiorum litterarum condicionibus in Italia, deque mediis quibus politiores litterae rite perfici possint*. Quam quaestionem a Neapolitana Academia, cui nomen *Società del progresso*, positam, Venantius ita perite solvit, ut, in certamine, primos honores promeruerit. Praeter hoc commentarium, memoria digna sunt: *De eloquentia quae ex tempore dicitur*; *De φαντασίᾳ munere in litteris*; *De peculiari eloquentiae genere, quo rerum gestarum scriptores utuntur*; *De publica beneficentia*, etc. Adde *Laudationes funebres* A. Zendrinii, I. Furlanettii, N. Contarinii, etc., qui omnes « Veneti de litteris et bonis artibus Instituti » socii fuere. In quorum numerum Hieronymus usque ab anno 1840 adscitus, dignus fuit qui, anno 1850, in munus a secretis cooptaretur. Tamen, anno 1855, ob tenuem valetudinem, munere se abdicare coactus est.

Haec carptim de Hieronymi Venantii minoribus scriptis: accuratum indicem omnium quae, ex occasione, edidit opuscula, in tomo I *Actuum Veneti Instituti*, anni 1872, facile invenies.

Obiit in Portu Rumatino, d. quinto ante idus februarias, anno 1872.

MARCUS BELLI.

(1) Portogruaro, tip. Castion, 1857.

(1) *Paraglare*, pp. 24-25. 1857.

Vetus verbum hoc quidem est.

Communia esse amicorum inter sa omnia.

(TERENTIUS Adibbi)

(TERENTIUS, *Adelph.*)

Longum iter est per praecepta; breve et efficax per exem-

pla: plus ex moribus, quam ex verbis, trahimus.

(SENEC. *Epist.* 6).

DIVINI SPIRITUS REPRAESENTATIO
APUD URBEVETANAM CIVITATEM

SUPERIORE huius commentarii numero IX de solemni pio ritu, quo Florentiae sabbato maioris hebdomadae utuntur, narratum est; nam in ipso Angelorum hymno, qui sacris ineuntibus praecinctitur, columba ignifera quotannis transit ab altari ad currum regio more paratum, magnumque ibi fragorem, ignem fumum excitat chartis calamisque succendens constricta pyrograna pro curru miro artificio disposita. Quae cum ego legerem, patriae meae redibat pars usus in mentem, par quidem, sed aliquid mage humanum urbanumque praeferens. Quod quidem non modo recordatione dignum censeo, sed quod lectores nostri probe cognoscant.


Itaque ubi Pascha Pentecostes advenerit, quasi laetitia urbs tota exultaret, ab ineunte die Urbevetana civitas a maximo natu ad puerum stipatas

sita, quasi in caelum tenderet, ipsum templi maximus aedificium frontemque imitata. Per intercolumnia vero prospicienti patent quotquot sub tabernaculo sunt, Deipara et Apostoli in preces effusi venturum Paraclytum expectantes; patent insuper interiora coenaculi myro, rosis, denique omnicoloribus floribus per parietes dimissis insignia, interserta, distincta, in encarplos, in lemiscos, in coronas distributis. Haec in gradibus et ante limina templi. Coram autem iis, toto foro interposito, in via quae in prospectu, suggestum attollitur altitudine et contignatione spectabile, sericis pannis, aureis, argenteis, purpureis, aureis undique fulgens, et super haec omnia eminent centrum quoddam radios ex argento et auro conflatos undique diffundens et meridiano coram sole, solis instar, exardens, quod circumdant pictae nubes, millibus ab iride ad subfuscum distinctae coloribus, per quas angeli apparent seu librati pennis, seu quattentes alas, seu niveis induiti palliis, quasi veneraturi

ad lacrimas oculos inclinans. Felix in quem penna columbae casu delapsa ceciderit, cum illa e suo paradio in coenaculum labitur! Experientia notuit ita seniores - omnia illi in bonum converti, calamitates, siquae fuerint, ab eius familia domo excedere, bona omnia in eum convenire aequa tamen conditioni.

Resne acta est? Delicatissimum quid restat adhuc. Clericus, violacea veste ornatus, tabernaculum ingreditur, territamque tot fragoribus ignibusque columbam e sole illo radioso dissolvit, et refert. I, felix animal! Non te aestuentes campi, non hienes, non milvii, non fames, non insidiae, non nives ultra videbunt. Daberis solemine donum recentiori sponsae pulcherrimae, quae te omne magno suscipiet, servabitque diu caram suavemque recordationem felicissimorum dierum, et pignus prosperitatis futurae!

ALOISIUS FUMI.



Urbani templi S. Caeciliae prospectus exterior.

undeque proruens in vias densatur in foro coram templi portento - neque enim alter frons illa aedificii caelo digna nuncupanda videtur - talisque affluit ac tanta appetet, ut in forum universam penitus civitatem demigrasse putaveris. Ascendunt interea e finitimi oppidis, vicisque et villis visuri rustici, quibus magnum argumentum est messis futurae, magna portendit ritus, si secundis rebus omnino processerit. Atque haec omnia sunt, quorum memoria servatur si res praesagio responderit, atque in testimonium veritatis vocatur; minime vero si res aliter a praenuntiata ceciderit. Meridiana hora ritum absolvet, et votis et omnibus precibus quaeritur, invocatur ut adesse festinet.

Iamque super marmoreis gradibus, unde in templo aditus, erigitur aedicula lignea, auro et versicolori marmore coruscans, ad modum octagonae turris, architecturae, quam gothicam dicunt, templo ipsi maximo mirifice consonae. Haec autem turris quasi basis sit aedificii totius; quippe inde emicant octo columnulae, quas ordo coronat, ut integrum tabernaculum conficiatur, eorum instar, in quibus ex auro, ex argento, ex aere dolatis martyrum, XIV saeculo, reliquiae magnificentissime condebandunt, quorum fama et arte hactenus tempora nostra florent et fulgent. Ab ordine capitellorum atque epistylio fornix ellyptica pulcherrime emicat, obelis, pyramidibus, simulacris, floribus, sertis ubique con-

divinum Flamen, cui solium ipso in medio fulgoris. Flaminis autem divini imago vivens columba est.

Iamque meridies instat: turbae haerent inter se, nec in toto foro pedi locus est; densusque pedipes, densusque viro vir. Pueri exsilientes omnia implent sonitu tintinnabulis, tibiis, tympanis, tubis, dum propior musica civitatis cohors hic ad suggestum, illuc ad tabernaculum bipertito agmine implet aerem concentibus. Iamque sacrum in templo litatum est; iamque Episcopus magno sacerdotum clericorumque comitatu, dum tremor tremorque, tanta expectatio est, respicientium ossa quatit, ex hypetro Saracenni palatii, quod contra coenaculum est, appetit, signumque absolvenda caeremoniae dat. Tonant crepitantque nil nocentia pylocrasta a suggesto, et inter fumeas nubes, et fulgurantes ignes, apertis patens aliis, sequentibus eam radiis, in quibus micabat, per deductum filum candida columba totam transtans plateam in coenaculum ruit, ibique stat. At in hoc incenditur compositus interior coenaculo ignis, vivaeque flammæ ardent pone Deiparae caput, pone capita Apostolorum, circumque hos et super et undique favillæ, recursantes ignes, fragor omnia complent, dum aeneae campanæ e turribus occupant aerem fragore, sonitu, tinnitu, dum plausus clamorque intuentum feriunt aethra, dum quot sunt instrumenta musica inflantur, nec fortasse cor exstat, in quod non irreat, et serpat nescio quid usque

sub laeva tem signa, quae in effigiem in scena affabre socius arbori in Alius etiam pendam titulam riores anguli sculpturae ren in primis agn sedit arcum ci iuveni, qui sua laeva pateram Proximi Di quidam, lancea deinde venatoria ram, et hasta tabulæ parte rem vinum fundit ignem immo Inscriptione quarum praecepit peratoribus pro de pomerii am post Christum Heic sist expleti fuerint, antiquitatibus cescant.

Temporis autem iniuriae atque iniquus templi locus, fluminis alluvionibus nimis obnoxius, monumentum tam insigne non leviter pessum dedeant; quare dum summi Italorum studiorum moderatores parietales picturas Pinturichii, Billii, Stephani Maderini instaurare constituunt, vir eminentissimus Marianus Rampolla, qui templi titulum nunc obtinet, architectos advocavit ut pavimentum reficerent, ut que cryptam a circumsudante uodore defenderent.

Data igitur effossionibus opera, multa rudera ex antiquissima Caeciliorum domo in lucem eruerunt, pariterque reliquias insignes murales sive columnarum fragmenta, Paschalis I aetati referenda. Medio in templo murus Romanae reipublicae temporibus aequalis emersit, atque circum columnæ et ornamenta ex aedibus ineunte secundo p. C. n. saeculo constructis; unde longe antiquior Caecilia domus quam virginis christiana martyrium apparuit.

In latericio quodam muro aedacula emersit lararia ad instar parata, cuius fundo tophacea petra infixa Minervae effigiem detulit insculptam, cuspidi innixae, ad aram stantis, galea obtectae, Medusaeo capite in pectore ornatae. Hinc et inde latericiae tabulae commissae in muro sunt optimo stilo perfectae, quae sacrificale quoddam festum exhibent. Mulier chitonio induita poma laeva gerit, dexteraque facem in aram inclinat: ex altero aera latere Maenadum una tympanum dexteræ, laeva thyrsus vibrat; Paniscus gemina ludit tibia; palmulis denique eleganter conserts ora quadrati saxi exornantur.

Sed alia quoque adinventa. Sub ecclesiae porticu musivum pavimentum cuiusdam cubiculi, tesserulis albis nigrisque contextum, pariterque et novi cubiculi

(1) Cfr. huius

Alius etiam pendam titulam riores anguli sculpturae ren in primis agn sedit arcum ci iuveni, qui sua laeva pateram

Proximi Di quidam, lancea deinde venatoria ram, et hasta tabulæ parte rem vinum fundit ignem immo

Inscriptione quarum praecepit peratoribus pro de pomerii am post Christum

Heic sist expleti fuerint, antiquitatibus cescant.

QUORUM
VIAE

PUGNAM nam maiales ad sed prorsus extirpate, cuius prae atrox, adeo ferina qua in hostes evaccaeque vitulæ vencis, furiantes indeprecabiles et minii tempus ad

Descendentibus rosa latentibus, cum faciant, cæcubile, lupinus nemus omne res fuerint socordes, quo bellicus mu potitae loco filio mox terga in eos. Sic tener greci lange cornuum cæpitibus aliquantum nanciare, scrutatur impetum expeditum lupi fuerint, nil t longius, contemptum acies disgradiunt ubi certum sit in lupos, idque odigreduntur ex culus restitutus matus. Si in pr aut iuveni, aut sci, fixo bellua lege, ut validior sequatur. Vae lupo si fugae transfodian. Q

(1) Cfr. huius

in quem penna
m illa e suo pa-
rentia notuit -
onverti, calamit-
a domo ex-
re aqua tamen
m quid restat
atus, tabernacu-
goribus ignibus
dissolvit, et re-
entes campi, non
in insidiae, non
e donum recen-
omine magno
emque recorda-
nus prosperitatis
FUMI.

CAECILIAE OSSIONIBUS

ensemus optimo
catum. Id inter
ciliae Urbanus I
lis I autem, cum
oemeterio adin-
acram transferri
aravit. Purpurati
presbyteriale»
nd exornare cer-
s. Quo consilio
Caeciliae aedem
ratus Pater Ac-
ccccxxiii Doria
opus explevit.
iniquis templi
bnoxius, monu-
essumdebarant;
m moderatores
, Stephani Ma-
mentissimus Ma-
n nunc obtinet,
reficerent, ut
defenderent.

multa rudera ex
centem eruerunt,
ve columnarum
nda. Medio in
temporibus ae-
te et ornamenta
eculo constru-
domus quam
uit.

la emersit la-
ophacea petra
lptam, cuspidi-
ae, Medusaeo
e latericiae ta-
stilo perfectae,
ibent. Mulier
teraque facem
Maenadum una
rat; Paniscus
leganter con-
lesiae porticu-
uli, tesserulis
novi cubiculi

sub laeva templi innotuere, et insculpta optime signa, quae inter sarcophagus coniugum quorumdam effigiem in fronte praebens, sub quibus pastoralis scena affabre insculpta est: pastor capellam mulget, socius arbori innixus reclinatum caput manu sustentat.

Alius etiam sarcophagus tabellam funerario scalpendam titulo, sed nudam, exhibet: personis superiores anguli exornantur, in operculi autem fronte sculpturae resident, in quibus Atalantam ac Meleagrum in primis agnosceret licet: Atalanta virgo in podio sedit arcum distingens laeva, dexteram porrigens iuveni, qui sua vice eius collum dextera cingit, ac laeva pateram elevat.

Proximi Dioscuri conspiciuntur, ad quos barbatus quidam, lancea armatus, concitate advenit clamitans, deinde venatores tres circa aprum necatum dant operam, et hasta dimetiri praedam videntur. In altera tabulae parte iuvenis quidam ex amphora in craterem vinum fundit, alter ad tripodem cum face accedit, ut ignem immittat.

Inscriptiones multae una cum ruderibus prodierunt, quarum praecipua pomerium Vespasiano et Tito imperatoribus productum spectat. Tertia haec habetur de pomerii amplificatione, unde eruitur anno LXXV post Christum ipsam absolutam fuisse.

Heic sistendum; at cum nondum initi labores expleti fuerint, magna spes est fore ut novi quoque antiquitatis thesauri ex optime suscepto opere illuminescant.

ROMANUS.

QUORUNDAM ANIMALIUM VIAE, PUGNAE, INSTINCTUS

PUGNAM narravimus (1), qua sanguinolento marte maiales adorientium luporum rabiem non arcent, sed prorsus exterminant, dignam, mehercle! Homero vate, cuius praelii spectator olim horrore dirigi; adeo atrox, adeo ferina res visa est. Alteram eiusmodi narrabo, qua in hostes eosdem tauri et iuvenci potentes cornibus, vaccaeque vitulorum suorum amore, prae tauris et iuvencis, furiantes ac saevientes vitam natosque tuentur, indeprecabiles et ipsae non minus ubi caedis et exterminii tempus advenerit.


Descendentibus ab Apennino belluis, vel inter nemorosa latentibus, quasi in speculis, unde in vitulos impetum faciant, caedantque raptentque discripta membra in cubile, lupinus monet odor de periculo matres. Statim nemus omne resonare mugitus, matres impellere, si qui fuerint socordes, natos, in locum convenire omnes, ex quo bellicus mugientium personat clangor. Cornupetae potitae loco filios sibi carissimos post se statuunt; ipsae mox terga in eos convertere cornibus ad extra porrectis. Sic tener grex quasi circulo includitur maternorum phalange cornuum defensus, quae «stricta, parata neci» capitibus aliquantulum in terram inclinati scrutatur auram nare, scrutatur ardentibus oculis obscura silvae, unde impetum exspectat. Si duo tantum, si tres aut quatuor lupi fuerint, nil tentant, nil audent, sed immoti, assidentes longius, contemplantur expectantes, dum fame defessa matrum acies disgregetur. At hic novus ordo pugnae. Quippe ubi certum sit nullos alibi esse, nullos aliunde accedere lupos, idque odore, uti puto, innotescit, tauri et iuvenci digrediuntur ex acie, ita tamen ut statim vaccarum circulus restituatur integer, perpetuus, inexpugnabilis, armatus. Si in promptu sint, bini in singulos lupos tauri, aut iuvenci, aut boves procedunt. Lenti, at regredi neisci, fixo belluas obtutu contemplantur et eunt, hac autem lege, ut validior taurus vel iuvencus praecedat, alter pone sequatur. Vae lupo si steterit! Cornu transfiguratur. Vae lupo si fugae salutem crediderit! Insequentur donec transfodiant. Quid si audax saltu contra ausus fuerit?

(1) Cfr. huius anni n. IX, pag. 71.

Fulgure perniciose subbit cornibus taurus pone sequens, et antequam fera solum pede contingat ventilabitur cornu exenterata, visceribus quaquaversus dimissis.

Quod si vaccarum gregem luporum grex fuerit adortus, phalanx illa cornuata, quam non Chabrias, non Macedo Philippus circa arma legesque bellicas eruditivit, immota manet; arrepta autem temporis opportunitate sensim ac pedetentim movet, in locum successura ubi pastorum sint casae, vel ubi vicus, quasi auxilium hominis longe beluis potentiores imploratura. In hoc autem itinere nihil praeceps, nihil incompositum, nihil rimosum. Haerent terga tergis, tutaque soboles quasi vivo matrum suarum muro vallatur. Quod si coeci fame aliquid lupi ausi fuerint, mortui prius concident, quam saltu pervenerint. Quid autem si quis eorum, praeceteris agilis, in circulum, in vitulorum castrum, saltu perpperit? Senes boves ibi sunt iam inde relicti, qui caveant, atque casui huic obstant; at, si nihil gravius, vitulos impellant, ut et ipsi procedant una cum phalange, nec impedimento sint matribus, neque audeant in tanto rerum discriminine ubera adire.

tum sibi, tum filiis; ova autem sua in alienis, quot circum, nidis furtiva parturit volucrum ceterarum. Ipsa vero celsa de queru, quam adamat, libentiusque ibi moratur, cantans ingrata circumspicit, atque per orbem nidos, in quibus ova sua reliquit, revisit, vix inde abire soventes matres aspexerit. Ubi autem ex ovis aviculae implumes erumpent, ipsa rapit, discerpitque et filiis suis edendas quoque per orbem dat. Fit itaque ut miserrimae aves cuculos alant sanguine et carnibus filiorum suorum, quos improba bestia ad unum necat, dum in singulis nidis cucus novus pingueat. Inde in cuculum irae volucrum omnium, arbitror, ex instinctu. Qui tunc asidebat cucus corpore pipionem ferme aequabat, certe turtore grandior apparebat. Lusciniola rediens exosum vidit nido suo incubantem. Nil morata quamdam vocem emittit, a sua quotidiana longe diversam, nam aliquid acutissimum et feriens aures siebat. Ictu oculi quinque, decem, fortasse et viginti undique convenienti aves, et ex lusciniolis, carduelibus, atricapillis, motacillis, passeribus turma fit irruens, lusciniola illa duce, in cuculum.



Urbani templi S. Caeciliae prospectus interior.

Itaque funditus diverso ordine praelii, quo maiales utuntur, boves pugnant in lupos.

At hoc pugnae genus grande est animalibus in magnis. Sed pugnae genus est lepidum in parvis, cui ego adfui, immo plaudens adfui, et adhuc pludo hilaris quoties in memoriam recurrit. Sexdecim circiter abhinc annis in Aequorum oppido rusticandi gratia morabar, unde mihi brevis via ad vineam muro circumseptam, cui ab oriente collis imminebat quercubus praesertim, at diversis etiam arboribus consitus; unde mihi carae umbrae legenti, dum circum superque et inferius omne avium genus suavissima auditu modulantur. Vergilium plerumque, sed et alios lectitare solitus eram, in ipsa lectione liberius vagatur, quo mens me rapuisset. Non longius inter vepres lusciniola dulcissima nidum constuerat, quae me saepius innocuum experta, ut cetera, quae locum incolebant, bona animalia (serpentes non ita), in opus suum, nihil a me sibi pavens, alacriter incumbebat. Iamque tria in nido deposituerat ova, tunc autem a nido, propius tamen, aberat, ut laneis, floccis, et gossypio, quae ego per proximas vepres distribueram, rostro sedula potiretur, commodioremque nidum sibi, filiolisque nascituris componeret. Dum haec, cucus qui super querum, sub qua reclinis ego lusciniolam, Vergilium, herbulas, floresque, simul omnia respiciebam, cucus, inquam, capto tempore, lusciniolae in nidum provolat, ibique insedit ovum depositurus.

Nam haec ignava bestia, cuiusvis curae et laboris expers, praeter fastidium taediumque, quo afficit audientes aeternum illud cu-cu, nidum nullibi aedificat

Ille adortus fugere, istae omnes insequi, urgere rostris, alis, quiritationibus fugientem totis alis, hac illac, sine mora, sine meta, sine modo, modo pennas implicans inter frondes, modo caput et alas in ramos truncosque impingens coecus pavore, vociferans desperatus, donec sive defessus, sive ex percussione capitis attonus factus et obstupescens, cecidit in terram. Quae insequebantur aves non sunt usae victoria ad mortem, sed semianinem reliquerunt, redieruntque laetantes; lusciniola in primis quae ceteras convocaverat, nidoque iterum potita suo est. Ego iacentem quaevis bestiam exosam, et facili negotio repcri. Anhelabat ferme mortura. Suscepit tenui. Quid facerem? Morientem, debilem, non repugnantem occidere aegre ferebam, sed pietas tot miserrimarum avicularum, quas inclemens ipsa necaret victura, vicit misericordem animum, eique feci ut merebat.

Singulare aliud, mihi videnti notum, narrabo. In rupe excelsa montium Carsiolanorum, qui ad Soram (Frontino utor) deficiunt, palumbes duo nidum fecerant, circa dimidiatum. Pone fons erat nitidissimus undis ac gelidissimus. Illuc ego, venator olim, requiem capturus, et transversus venatorio modo, solebam accedere, et quae micae a pane deciderant, a palumbis humanissimis, abeunte me, colligebantur, quod neque bis, neque ter videram a loco recessens, atque respiciens. Duos et ultra menses a loco absfui. Rediens dum quiesco ecce rumor ingens alarum super me perstrepit. Converto oculos. Aquila culmen rupis tenebat, inque rimam, quippe pullos proculdubio, aut ova ibi fovebat, ingrediebatur. Quantus tunc mihi moeror, quia palumbes mihi carissimos effera

illa voraverat! At me stupor obtinuit; quasi redeunti blandituri amico, qui micas panis toties obtulerat, palumbes illi exeuntis e nido, non longe a me consistunt memores, et aspicientes et quasi rogantes exspectant. Miratus sum; et qui nuper ulturus palumbes aquilam morti devoveram, plumbumque fatale in manualem balistam immiseram, magnanimam aëris reginam in corde laudabam. At ecce ingens vultur, fulminis instar, in miseros nihil tale timentes concidit caedem spirans. Solum vero nondum tetigerat, cum ab aquila, fulminea non minus, abruptus, et laceratus est. Palumbes nihil ab aquila metuentes loco steterunt. Quaenam haec domicili et hospitii inter tam diversa animalia fides? Instinctus hic ne, vel animus? Videant qui « zoologicam in rem » incubunt, et iudicent.

M. LANI.



COMMUNIA VITAE

Peregrinatio per cubiculum.

NUPER aegrotaveram; at satagentibus una medico, me, adstantibus, ex infirmitate convalueram. Non tamen ita, ut penitus refectus viribus possem extra progredi, et impune per Urbem versari. Erant adhuc in pectore reliquias morbi, quas nondum apollinea prorsus exterminaverat ars, et, sicut ignes suppositi cineri doloso, possent excitare rursus incendium. At interea et volupe erat; nam, sole zephyrisque iucundi, invitabant me verni dies, volupe erat et videbatur futurum si meridianus me deambulator per Urbem ferrem amicorum quaerens occursum, quaerens alloquia, quippe triste erat semper eodem in loco esse, et plerumque solitario. Medicus lamentationibus meis nescio utrum fessus, an miserans, ratus est belle curare simul corpus et animum, vetuitque rursus omnibus minis me exire domo, iussit-

33]

LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

His atque aliis, duce sene magistro, increbuit nova quadam latinitas, quam subtilius inspicere et persecuti fusi pulchrum esset atque frugiferum. Sed infinita paene silva est, quam ingressus olim summa cum laude E. Garritius perpetravit quidem, dimetiri non potuit.

Treb. — Ecquis tamen ad Vallaurii famam processit? Quoniam vero hic artificio tantam est in civitate gratiam consecutus, ut sua artis antistes ac divinitus delatus haberetur? Itane ergo multorum de ipso opinio punto temporis interiit?

Loll. — Nihil est quod mireris. Tritum est sermone proverbiū: « beati monoculi in terra caecorum ». Cum inspicere in vita latini sermonis nec per magistros nec per libros licebat, cum tñati primis litteris iuvenes ante ad scribendum quam ad cognoscendum veniebant, cum scholae barbaries locum dabat vitiosissimis oratoribus, tunc magno honori Thoma fuit vel ipsa in dicendo mediocritas. Idem si aliquanto serius vidisset natalem diem, haud facile perfecisset ut in scribendo auctoritate plus efficiam, quam doctrina et arte valeret.

Treb. — Ego tamen sic teneo, Taurinensem doctorem, etiam non omnia summa assecutum, eum certe fuisse, cuius similes plerique esse vellent.

Loll. — Equidem nihil invideam latinitatis operario, lingua celeri et suo more exercitata. Quid enim exercitatio pro sit artis peritia ac disciplina — siquidem est ars dux certior quam natura (1) — non intellego; credo potius plurimum posse ad errores confirmandos. Non inferior a Thoma multa dilucide planeque dici; interdum etiam nitidum afferri quoddam genus verborum et laetum. Sed, nec diligere scivit, cuius potissimum similis esset, et in ipsis quos delegerat, imitari etiam vitia voluit.

Expurgandus ergo sermo corruptus; volvendi libri de latinis litteris, quos recentior aetas dedit innumerabiles,

(1) Cic. IV. De Finib.

que potius me domi ambulare. — Et quoniam — inquit — me latina delectant, rusticatum i per cubiculum, singula notans, in quae incurras, et videbis et senties plus et rusticationis et delectationis haberi domi, quam foris. Quaeque autem notaveris mihi visuro assery, idque utile utrique fiet. — Nil moror, et praescripta sequor; hoc autem addo ut quae ille privato facienda praeceperat, publice facta, immo peracta reddantur, et in commentario nostro, medico vel indignante, clarescant.

En domi sum, et, quasi omen praefertibus bonum, non quatuor, sed quinque claudor parietibus, *pentalpha* illud Alexandrinum, aut, si velis, Aegyptium designantibus. Luci diurnae tres per fenestras est aditus, nec sine mysterio fausto prima duo clauduntur impari numero; quinque, scilicet, ac ter. Si « numero Deus impare gaudet », mea fruatur domo necesse est; habitaculo meo quid enim numeris insignis? Quinque parietes, tres fenestrae, porta una, sellae septem, scalarum ordines novem... Secundis dis omnia mihi conspirant in bonum, neque ultra convalescere miror. Imparia haec me sanum potius fecere, quam medicus, qui tot scalarum gradus quotidie diris devovit.

Modica me circum supplex: utensilia intra commodum et usum, omnino extra ostentationem et luxum. Quid hac « scriptoria mensa » simplicius? « Vitreum atramentarium » quasi dominus eminet, cui proxima, quasi nutrix fida, « atramenti ampulla », cui adstent, velut aulici, multiformes « calami » partim ex chalybe, partim ex peninis, cui deserviant et chartarum « scapi », et soluta quaedam « chartarum folia », et « epistolaram involucra », et « chartae bibulae », et « sigillum » et « assula », et hispanicae « regulis », seu « fusulus » cerae, et « commentariolum », in quo notantur, pro opportunitate memoriae, sive quae certo die agenda manent, sive quae digna notatu videantur, ne oblivione depereant. En coram me « pluteus », dispositus per « tabulata » libri, a fragmentis Ennii ad Claudianum, a Catonis *Re rustica*, et Apicii

neque abditos illos neque obscuros, nisi forte iis, qui erecti et celsi huc illuc intuentes, « malunt videri contemneret praecipere quam discere » (1). Teneamus igitur eum cursum, quem optimus quisque iam init, neque ea signa audiamus, quae receptui canunt, ut eos etiam revocent, qui strenue processerint.

Treb. — Cave, amice, ne talia facile affimes, de quibus inter peritissimos viros constare non video. Cave ne...

Loll. — Cave, cave currum.

Eodem tumultu isdemque clamoribus, confecto spatio, redibat currus, ovantium ritu plaudentibus qui e plebecula densi sequebantur. Larvatis tres puellae se addiderant, quarum princeps, nigro ore, impexis crinibus, formaque taeterrima, *Anarchia* salutabatur; reliquae duo, *Bina* et *Futura*, ancillae ministerio fungebantur. Vocibus autem fortuito concurrentibus, tamquam atomi epicureorum, ad efficiendam sententiam, haec saepe verba redibant: « *Bina futura anarchia* ». Truculentum sonum persecuti custodes milites, qui coercendis malis civibus ad vigilant, improvisi adsunt, arreptisque loris retinent currum. Mox, eductis gladiis, circumsistunt, rogantes, quo pergent, quid rei agant; palliisque prehensos de vehiculo deturbant. Tum, ut quisque praecipuus clamator, consuisti.

Erat in media turba Trebatius, attoniti similis, manus gestans Arcadii orationem. Quam ubi vidit ex iis custodibus quidam, rapit illico e manibus, coniectisque oculis in verba fatalia, « *Bina, Futura, Anarchia* »: — Rem teneo — inquit — machinatores dolis estis, e tenebriscois coetibus evocati. Arma sunt contra rempublicam versa; agitur de evertendo statu civitatis. At quanam tartarea lingua sunt ista exarata?

Cui senex, ad extremam rerum desperationem adductus: — Di maris et caeli! — exclamavit; — latine loquimur, latine scribimus, ut ab omnibus intelligamus. Est haec oratio Arcadii Servantii et lyceo Catoniano.

Ille vero: — Catoniani estis? Habemus confidentem reum.

(1) S. HIER. Praef. Ad Sophr. Ed. MIGNE, v. IX, p. 112.

Re culinaria ad Macrobius et Petronium, a Cicerone ad Lactantium Firmianum. Eminent Varronis quae casus vicere barbaricos, et saeculorum iniurias, tum recentiora per saecula scriptores.

Sed curnam gravibus hisce impleo caput? Levia quae ram aptiora saluti. Frops aestuat, et refrigerio eget. En ad « malluvium » accedo, et « sapone » puram in undam immisso, confrico manus, quibus aqua recenti emundatis, et hac in « conchulam » proiecta, « pollubrum » Marcio fonte compleo, et vultum gelidis undis recreo ac reficio. Inde « manutergio » ora sicco madentia; et quoniam tempus postulat, barbam lavo « magnatis », et siqui sint pilii, « novacula » per « cotem » deducta deleo, « Spongia » in genas admota, ne quid humoris dentes dolore afficiat, « spadice », « peniculo » cuncta detergo curatur ungues « axicia », curatur propexam in pectus barbam et capillos, ipse mihi tonsor et barbitonsor et tonsus. Quantae in uno homine me sunt, et quot artes! Certe potiori iure quam Nero morituras dicam: « Qualis artifex pereo! » « Fuco » non utor, neque ullo « unguine » capillos, ut bene oleant, inficio. Sat curae; munditiae sufficit; prosequar deambulationem susceptam.

Mensam unicam habeo, in qua modo cum amicis ludam, modo dispositis patellis coenem, prandeam; nuper.. Ah! quid dixi habere me? Antequam aegrotarem habui, nunc habeam, nec ne, incertum est; nil ultra. Siquidem nec lusoriae sunt ibi « chartae », nec « diagrammismus », neque « scrupi », neque « latrunculi », neque « albi nigri lapilli », neque « tesserae ». Mensa haec subita mutatione fortunae conversa est in « delphicam », si oculus credideris, conversa est in « vasarium » liquorum, quo palatus reficiatur et stomachus, conversa est in promptuarium quoddam omnium suavitatum... Ne credas, et nimium ne crede colori.

Dic potius pharmacopoeiae mensam, dic emporium amarissimorum pharmacorum. In hac ampulla « ricino-

Tum senex in questus effundi, caelum Deumque obtestari, ciere nomina Pisonum et Philippi, iram precibus admiscere. Accurrit ab universis; adstrept vulgus diversis incitamenteis; novus advocatur armatorum globus. Iamque Romam nuntiatur, seditionem et bellum civilem incendium per provincias flagrare; Saturnalia obtentui sumpta; militari auxilio opus esse ad rempublicam tuendum in supremo discrimine.

Atque actum de Trebatio deque omni sodalitio erat, nisi insperantibus cecidisset, ut eo loci praeses Reatini lycei cum praetore sese conferrent. Horum adventu composita brevi res est, anxiaque omnia effusissimus risus exceptit.

Tum tandem, collectis propere sarcinis, litterati viri ad stratum ferreis axibus viam recta perreixerunt, et, maledictis prosequeuti latinitatem omnem, romanum iter ingressi sunt.

Aliquot post annos quam haec acciderunt, quini essem Cutiliae, quod oppidum abest a Reate millia passuum vi, obvius mihi Lollius multa narravit, inter quae, Davum servum ad celebrissimum lyceum missum esse doctorem philosophiae tradendae; Marcum aeditum et Arcadium Servantium, ob egregia in rempublicam merita, fungi honoribus amplissimis et in Italiae luce versari; Trebatium ducta uxore *Anarchia*, renunciatum esse moderatorem studiorum in Catoniano collegio; Philippum *Binam* sibi iunxisse; utrumque Pisonem venditare nuces in foro. — Tu vero — inquam — Lolli, quas agitas nuptias? — Ad haec ille: — *Futuram* ducam, quum asses centum coegero. Sed iam Vesper sanguineo rubore inficit extremas nubes et « nox humida caelo praecipitat ». Vale, pater; quo tendis? — Cui ego: — Vides Ithacam illam, asperrimis saxis, tamquam nidulum, affixam? — ostendebam autem Perusinum pagum. — Ibi non ante laetus occupabam quam librum confecero, cui titulus: *Lollius, sive de proiecta latinitate*.

P. ANGELINI.

FINIS.

rum oleum
quae a pal
amygdalinu
« indicae pa
obtritae uv
mus china pi
in pestem,
singula invo
proicio fest
libros requir
restituere ha
grata obson
hanc obtine
dicata, sed
Sic ego n
maceutica o
Drin, di
Quis po
tanta urget
duo.. milites
ex duabus:
grotus eram
cus? — Min
ctam irrogatu
non licet, au
pro libito tibi
quaes domi ha
torquere nec
vitreis ampli
praesertim si
foedaveris!

Quid fac
rem turpe?
dignationis a
iudicis, nec
volos arbitros
circa irrogati
omnia faciliter
fuerit, nomen

Iam sine
Teque
Ingenuit
Itala, q
Quave Pa
Quave
Quaque p
Reddi
Moestaque
— Lug
Euterpe p
Suaviaq
Et cum sa
Dulce i
Raptus et
Inde m
Mox inter
Victrici
Sic rutilu
Lumine

a Cicerone ad
nis quae casus
tum recentiora
ut? Levia qua-
gerio eget. En
uram in undam
enti emundatis,
lbrum» Marcio
creco ac reficio.
; et quoniam
», et si qui sint
deleo. « Spon-
s dentes dolore
tergo curaturus
pectus barbam
nsor et tonsus.
ot artes! Certe
« Qualis artifex
unguine» ca-
munditie su-
m. do cum amicis
ndeam; nuper...
rotarem habui,
ultra. Siquidem
grammismus»,
que « albi ni-
sa haec subita
cam», si oculis
liquorum, quo
t in promptua-
credas, et

Sic ego recuperata salute laetans iactabam, et in phar-
aceutica omnia

furiata mente ferebar.

Drin, din, din!.. Drin, din, din!.. Drin, din, din!..
Quis portae tintinnabulum pulsat? Cur festinatione
tanta urget et instat? Abeo visum. Di boni! Municipii
duo.. milites dicam, an accensos? Utrumque. Tum senior
ex duobus: — Tu ne hic aegrotus? — Et ego: — Ae-
grotus eram; nunc fere convalui, ut vides. Tune medi-
cus? — Minime — inquit ille; — sed venio tibi mul-
ctam irrogatus. — Ecce? — ego. — Numquid aegrotare
non licet, aut a convalescentia prohibeatur? — Utrumque
pro libito tibi licet — ille respondit; — sed medicamenta,
quae domi habes, et horum reliquias de fenestra in viam
torquere nec tibi, nec cuiquam est, praesertim conclusa
vitreis ampullis, praesertim si constent oleis maculosis,
praesertim si in nos contorta. Ecce vides quo nos modo
foedaveris!

Dixit ostendens sui tunicam socii ab humero ad renes
pectusque oleo illo ricinorum nequissimo sordidatam. —
Ergo nomen tuum dabis ut, multam irrogantes, diem tibi
dicamus, quo ad praetorem damnaturus devenias; inde
damna nobis illata maculatis pro vestibus repensurus.

Quid facerem? Num negarem? Mendacium ne dice-
rem turpe? Fassus aperte sum et me fecisse, et quo indignationis
abreptus impetu non facienda patrarium. Nihil
iudicis, nec iudicii inter nos opus esse. Res inter bene-
volos arbitrios expedietur. Annuit ille; sed haec de damno;
circa irrogatam multam cum municipio componenda
omnia facilis negotio dicit. Quidquid vero sit et futurum
fuerit, nomen, ut notet, postulat. Tunc ego: — Appellor

H. DE VECCHI PIERALICE.



IN IOSEPHUM VERDIUM

Επιτάξειον.

Iam sine nostra tuum comitentur carmina funus,
Teque colant, Ioseph, fletibus usque piis.
Ingemuit magno tellus perculta dolore
Itala, quae littus pandit utroque mari;
Quave Padi cursu regali labitur unda,
Quave Arnus volvit, qua Tibris amnis aquas.
Quaque patent late sonuerunt questibus Alpes,
Reddilit et gemitus rupibus Aethna suis.
Moestaque manavit pleno de corde querela:
— Lugete, ab! sidus palluit Ausoniae! —
Euterpe placido nascentem lumine vidit,
Suaviaque exceptit pectore mella puer;
Et cum sancta Dei resonarent cantica templo,
Dulce infans patula combibit aure melos;
Raptus et astra super caelestia flamina traxit,
Inde modos terris rettulit aetherios.
Mox inter primos claro in certamine primus
Victrici fronti praemia serta dedit.
Sic rutilum Phoebus quando caput extulit undis,
Lumine victa novo sidera diffugunt.

Tu mibi iam memora, fudit quos divite vena
Divinum spirans, candida Musa, modos (1).
Scilicet auditu querulus Euphratis ad undas (2)

Isacidae extores ingeminare modos:

Amissam lugent Solymam dulcesque penates,
Cari et spem redditus aurea plectra iuvant;
Optata ut tandem de caelo splendeat ollis
Sedis lux patriae, fractaque vincla cadant.
Hinc cruce signatus gestit ferus Insuber (3) ultro
Rura Palaestinae subdere victa sibi;
Atque triumphali Christi decorare sepulcrum
Lauro, spes una est: Haec iubet ipse Deus!
Attamen hos natale solum pertental amore
Et viridis prati, vallis et irriguae;

Ausonia et cithara modulati carmina terris

Dissita ab Eois pignora cara vocant.

Fulmineum hic gladium distringens Gallica virgo (4)

Hostibus horrificas intonat ore minas;

Immeritis donec flammis absumpta puerla

Proque Deo et patria victimam caesa iacet.

Ast ego qui referam arguto quos gutture cantus

Attonitis dius fudit Olor populis?

His pectus durum atque suos canit Attila (5) amores;

Niliaca his gemitus pandit Aida (6) suos.

His Sicula invisam in gentem plebs acta furore,

Insonat horrendum vespero in occiduo (7);

His fatum triste ad Venetam doluere lacunam

Exitio et pater et natus uterque pari (8);

His incensa phalanx, mortis quae nomine gaudet,

Profligat turmas, o Friderice, tuas,

Cum crucis insignis processit imagine currus,

Aris tutandis conditus atque focus (9).

Sed maiora canam, panxit quae Verdius altis

Insurgens fidibus caelicolumque lyra.

Auditis? sanctae moerent lugubribus aedes (10)

Cantibus, et templo funeris umbra sedet;

Aeternamque piis lucem requiemque precatur,

Dum sacra persolvit munera mystra Deo:

Contremit atque animus, simul est audita canora

Buccina supremum concinuisse diem.

Vos, dulces animae, caelo salvete receptae

Aligerum manibus Numinis ante pedes!

Te quoque transfixam crudeli pectora ferro

Lugentem cerno, Mater, adesse cruci (11).

Filius hinc pendet divo genitore creatus,

Non devota suis victimam criminibus:

Integral et moestis lacrimis miserabile carmen

Ingenti, ah! nimium pressa dolore Paren.

Te, bona Mater, avel noster celebrare canendo

Ioseph, dum necit carmina culta lyrae (12);

Carmina quae pridem castos modulari amores

Virginis in laudem panxit Aligherius.

Ob! geminum Hesperiae lumen, par nobile fratum,

Unum quos Nomen iunxit et unus amor!

Praepetibus tandem es fisus transcendere caelum

Pennis, o superis consociande choris:

Divinisque modis canis immutabile Numen,

Sanctum clamans terque quaterque Deum (13).

Dunque agis accepto grates pro munere, certa

Spes nil et aeterno perficienda polo.

Hisce manet, Ioseph, numeris te fama perennis,

Laus nunquam parta est purior ulla tibi.

ALPHONSUS CERASOLI S. I.

(1) Musicorum tituli operum, quae modo memorare placuit.

(2) Nabucco. (3) I Lombardi alla prima crociata. (4) Giovanna d'Areco. (5) Attila. (6) Aida. (7) I Vespri siciliani.

(8) I due Foscari. (9) La battaglia di Legnano. (10) Messa di requiem. (11) Stabat Mater. (12) Laudi sacre (Dante).

(13) Te Deum.

LATINAE ADNOTATIUNCULAE

Factio, Seditio, Rebellio, Tumultus

Si Ausonii Popmae Frisiae auctorati inniti volumus, « factio » apud Romanos dicta est hominum discessio in diversas partes. Si vero Romanos scriptores spectemus, qui hac voce usi sunt, adiuncta alia eruere licet: factio enim appetit seditionem quaedam et divisio in diversa studia, cum nonnulli homines se principes et primarios in civitate efficere conantur, inter quos aemulatio est, qui et « factiosi » dicuntur, pro se quisque quam maximam potest civium multitudinem — ex iis qui clientes vocabantur — ad se trahens, sibique quovis pacto per fas nefasque concilians. Quamvis autem Festus ab initio honestum fuisse vocabulum scribat, unde factiones histrionum et quadrigariorum dicerentur, factio et seditionem et arma indicari monent Cicero (*Ad Att. VII*), Livius (*Ab Urbe cond. I*), Caesar (*Bel. Civ. I*), Sallustius (*In Catil.*) non modo vocem ipsam usurpantes, sed etiam adiectivum, quod inde oritur.

« Seditio », vel a seorsum sedendo, vel, ut Ciceroni placet, a seorsum eundo dicta, tum est cum, populo secum discordante, res ad manus vocatur. Quem quidem civitatis statum describit in satis cognita similitudine Vergilius (*Aen. I*, 148 et seq.); ac pariter seditione dicitur in exercitu, in classe, in schola, et si quid tale est, ita ut et discordiae et dissensionis et vis et impetus populi vel militum significatio deducatur (cfr. Cic. *Ad Att. X*; *De Orat. II*; *Liv. passim*) atque inde seditus quisque appelletur turbulentus homo et popularis.

« Rebelles » proprio nomine ii nuncupantur qui in eum movent bellum, cuius ditioni subiecti sunt, vel qui in fide non permanent et magistratum iussis repugnant; ex quo rebellio pro repugnantia et defectione a fide quae praestanda erat apud Caesarem et Livium usurpata vox est.

« Tumultus » a Sanscrita radice *tu*, quidquam inflatus ac motus proferente, ortum recte docent hodierni philologi. De hac voce habet Servius (in VIII *Aen.*): « Tria genera olim militiae fuerunt; sacramentum, quae legitima erat militia, cum singuli milites iurabant; tumultus, id est bellum vel Italicum vel Gallicum, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus: et quoniam singulos interrogare non vacabat qui convenerant, simul iurabant, et dicebatur ista militia coniuratio... Erat et evocatio cum ad diversa loca diversi cogebantur exercitus ». Quem quidem tumultus sensum ipse explicat Cicero aiens (*Phil. VIII*): « Potest bellum esse sine tumultu, tumultus sine bello esse non potest. Quid enim est tumultus nisi perturbatio tanta ut maior timor oriatur? Unde etiam nomen ductum est tumultus. Itaque maiores nostri tumultum Italicum, quod erat Italiae finitus; praeterea nullum tumultum nominabant ». Erat igitur tumultus — ut F. Schultzii (*Syn. lat. 379, 1*) verbis utar — necopinatum bellum, subitus delectus ut improviso periculo obsisteret; qui quidem cum apud Romanos a Senatu facile extra Italiam fieri nequiret, vox de Italia tantum adhibita est. Ceterum voc. tumultum huius generis motus significasse demonstrant quoque tumultus insignia, quae prorsus a Cicerone exprimuntur (*Phil. V*), indicante tum « rem sine mora administrandam et confessim gerendam... iustitium indici... saga sumi... delectum haberit sublati vacationibus in Urbe et in Italia ». Ex quibus satis constat omnia in tumultu praepropere administrari publice privatiisque solita, cum bellum urgens et quasi muris imminens sollemnes non admitteret actus.

FORFEX.

ANNALES

Pax in Philippinis, in Sinis, et Cuba in insula - Bellum ad Transvaal - Mauritana pericula - Balcanicae res.

Novissimi diariorum nuncii compositas tandem vel mox componendas res in Sinis, in Philippinis, Cubana in insula docuerunt.

Waldsee, foederatorum supremus ad Sinense bellum imperator, Sinenses magistratus monuit Germanorum etiam copias tandem aliquando Pechino ex urbe discessuras, vix atque imperialis aula reversa fuerit, ipseque Waldsee ab imperatore publico rito exceptus erit. Interea constituta pariter omnium legatorum consensu copiarum vis, quas singulis gentibus ad suorum civium tutelam relinquere in imperio licebit. Germanis, Gallis, Russis, Anglis centuriae tres, Italies Austrisque centuriae duae, Americanis una assignata. Praeterea Tien-tsin in urbe sex cohortes castra ponent, quarum tamen paulatim quatuor revocabuntur: Scian-hai-kuan in urbe cohors una relinquetur. Ad ultimum ferreum iter Pechini ex moenibus ad Scian-hai-kuan castra sex custodient, quorum singula tres centuriae habentabunt. Idem servandum et circa Pei-ho fluminis ripas, ita ut computata summa, duodecim millia militum praesidia sociorum constituent.

★

Per Philippinas insulas Americani legati a mense iam iter faciunt, qui singulis in locis suos magistratus eligant ad regendam rempublicam: praesides, praetores, quaestores, censores, qui iure suo excutioribus provinciis ipsis ex incolis diligentur, pro barbaris Americani erunt. Manillam vero, urbem totius reipublicae caput, Americani tenebunt quoadusque imperandi artem incolae quoque didicerint.

★

Cubani denique legati censoriam Americanorum auctoritatem, quam initio renuerant, mox latis suffragiis iuxta rogationem a Katt Americano senatore emendatam exceperunt. Domestica libertas inviolata Cubanis relinquitur; at pro externis negotiis quoddam Americanorum ius imperii sancitum est.

★

Ultima in Africa contra bellum acerrime pergit. Kitchener dux, a Boeris incessanter laceratus, litteras ad Anglos magistratus dedit ut auxilia quam citissime mitterentur, ne ipse cogeretur oppida circa Praetorianam urbem, tanto sanguine occupata, hostibus iterum invitus relinquere. Mox Boeri rursus, Dewet duce, in hostium fines clam sparsimque transeuntes, Zunderberg in montibus convenerunt, ut bellum instarent. Quare tradunt diarii nova auxilia cito fore ut submittantur; at imperatum simul duci, ut supremo tandem conatu, adveniente mox hieme, bellum perficiat hostesque ipsa tempestate impeditos tandem aliquando perfringat.

★

Sed ex Africa novissimos metus Mauritanii regni conditiones suadent. Gallorum cohortes fines regni urgent, et ob necatum a Mauritanis sicariis Gallicum quemdam colonum, classis ipsa Tingin ad portum accessit ignem ferrumque immissura, nisi illatum civis sui morte detrimentum soluta pecunia cito rex Turcarum sarciat. Quare aemulatione conciti occurrerunt post Gallorum vestigia statim et Anglicae et Germanicae et Russorum naves, ne forte illi, callide arrepta occasione, regionem novam aut portum armorum vi occupent. Quid autem inde exhortietur nemini vaticinandum.

★

Oppositis autem ex Adriatici maris litoribus aliae perturbationes pertimescentur. Albanenses populi sua quoque vice Turcarum tyrannidem magis in dies detrectant, postque habitum recens Abbatiae regale conventum vocem magis magisque extollunt, seseque in libertatem vindicaturos armis despondent. Serbi insuper commoventur ob deceptam infame regis spem de regni herede proxime nascituro: quo infortunio Karageorgevic ille qui regnum adrogat una cum sua factio et animo aucti turbulenta consilia exagitant. Et heic etiam quid futurum erit?

POPULICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS
LEGIBUS FERENDIS

In Anglia Cranborne vicecomes coram municipum legatis, et Lansdowne marchio coram patribus de Sinenibus negocis nonnulla exposuerunt, praecipue circa pecuniam a Sinenibus solvendam et circa iniurias a Germanicis militibus Anglicis nautis illatas, de quibus veniam ipse Germanicus dux expostulavit. Brodrick, qui rebus bellicis praeest, ut exercitus funditus instauretur rogationem protulit, quae magnis suffragiis approbata est. Rogationem Hicks Beachs defendit, assensus Anglis tandem oportere praevalidas parare copias, ut latissimum imperium perquam optime defendant.

In Austria de suis civibus Transvaal e finibus in exsilium pulsis De Koerber interrogantibus respondit, ipsos contra Anglos coniurasse et iure proinde fuisse castigatos; ceterum nimium forte illatum quibusdam detrimenntum pecunia fuisse sarcitum. De vinifero commercio tuendo habita quoque disceptatio, de quo quidem oratores questi sunt quod in praesenti pessimum videatur.

In Belgica acerrima disceptatio habita est, utrum legatio Belgici regis apud Summum Pontificem servaretur. Catholicos inter atque «socialistas» vehemens pugna fuit, immo et de sublato civili Pontificis principatu hinc et inde contentio exarsit; tandem vero de legatione servanda suffragium latum.

In Gallia Delcassé, qui res ad exterios moderatur, maximis plausibus orationem habuit animadvertis tum Nicenses tum Tolonianas ferias optimum auspicium Gallis negotiis et fortuna fuisse. Mox autem de Monis administris integritate atque honestate vehemens rogatio a Cuneo d' Ornano oratore excitata. Pariter minus grata quaestio Delcassé administro fuit, quam posuit Boni de Castellane orator circa solemnia Metensi in urbe a Germano Caesare celebrata, quibus ipse Russorum sociorum legatus adstitit.

In Iberia habita his diebus comitia ad novos populi oratores eligendos, ex quibus socialistarum, quos vocant, factio superata omnino discessit. Verum non sine magnis odii, tumultibus et prouti fert igneum populi ingenium, non sine clade hic vel illic res evasit, Salamanca, Hispali, Almendralejo, Puebla, Vinaroz, Valentia et Barcinonia in urbibus.

In Italia coram patribus de naval commerce provehendo lata et approbata rogatio, itemque cautum de constituenda mensa argentaria, cuius aere opificum selectus iuvetur.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

Dr. Rocco CATTERINA, I Signori di Castel Barco (Ricerche storiche). Camerini, ex officina Savini, 1900.

Nobilissimam gentem, cui a castro Barco nomen, tum honore tum dignitate ceteris Tridentinae provinciae gentibus praestitisse, eandemque temporibus aevi, quod dicitur, medii, in tanta rerum omnium conversione et perturbatione, tenebras fulgore quodam suea claritatis

obduxisse, vix quisquam infitabatur vel mediocriter in rerum gestarum studiis versatus.

De hac gente nuper commentationem scripsit cl. v. R. Catterina, multa sane doctrina insignitam, quamque magna cum voluptate legisse me fateor, utpote in qua severum et aequum iudicem, quod raro in huiusmodi dissertationibus evenit, se semper scriptor praebeat, et res suo quaque loco ita dispositae sint ac descriptae, ut nullam deinceps curam desiderare videantur.

Paucis praemissis de iure, quod dicitur, *feudale*, quid qualeque apud Tridentinos fuerit eo tempore, quo e teñebriis ad historiae lucem gens illa Castrobarcensis evocata est, illius gentis originem apte ac perspicue Noster exponit, omnibus, quae extant, de hac re monumentis certo iudicio ponderatis. Dein historiam narrare agreditur iam inde ab Aldrighetto Castrobarcensi, modo fusi, modo raptim quidem, at nulla graviore re omessa ad summam conspirante operis. Quaestionem enim (cap. 6, pag. 54) prae ceteris reperies an poëta noster Dantes Alighierius Vallem, quam dicunt, Lagarinam aliquando viserit hospitioque Gulielmi Castrobarcensis usus sit.

Verba non amplius addam. Hoc unum dicam, omnia Roccum Catterina, eademque non inflato, non vacuo, sed ingenuo castigatoque quadam sermone, executum esse, quaecumque apta ad id, quod animo intenderat perficendum, necessariaque essent. Neque tacendum in fine totius libri quandam inseruisse tabulam, gentile illud, quod dicunt, stemma exhibentem eamdemque perspicuum.

I. M.

AENIGMATA

I.

Tendit ad ima prior pars; est pars altera verbi
Dictio: ab *integro* pressa dolent capita.

II.

1) Vocalem resonō; 2) me circuit aequoris acta;
(1 + 2) Sum circūr et patiens auxiliorque tibi.

I. BATTANIUS.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus sortitus gratis accipiet

AD LEONEM XIII

Carmen JOSEPHI DI GENNARO, graece, latine, italicice.

Aenigmata a. IV, n. VII proposita his respondent:

1) *Sal-via.* 2) *Mel-os.*

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; Th. Vinas Sch. Piar; Fr. Xav. Reuss, Roma - Guil. Schenz, Ratisbona - Car. Stegmüller, Sabaria - Ios. Crosatti, Poiano ad Veronam - Fr. Magnasci; Abr. Morchio, Genua - Prince. Gordon, Mancunii - I. Altobelli S. J., Neapol - Eug. Sosio, Bormio - E. Schütt, Suechtelena - Valentinus ab Aletrio, Tusciano - Le Provost, Briocen - Ver. Cariolato, Vicentia - F. Szymaitis, Opitoloki - P. Garrone, Pezzana ad Vercellas - Collegium Missionis, Sarzana - Vict. Vila Schol. Piar, Stella - P. Rioux, Hochelaga - Alex. Sauer, Francofurto ad Moenum - Mich. Villa, Palma in insula Maiorica - G. Maurer; I. Bull, Bonna Ubiorum - Fr. Sallares Sch. Piar, Sabadello - Herm. Gini, Taurinensis aquis - I. Gras Sch. Piar, Modiliana - Sim. Oliver Sch. Piar, Villanova Geltria - I. Wabner, Varsavia - Societas philologica Mediolanensis - Elis. Duran, Xeretio Sidonio - Rector Schol. Urb. Super, Cochem ad Mosellam - P. G. Z., Modoetia - Hild. Guepin, S. Dominico de Silos, ad Burgos - Alois. a Tabia, Praeneste - Alois. Cappelli, Senis - A. Skrzypkowski, Swinice - A. Huza, Grybobia.

Sortitus est praemium

I. GRAS,

ad quem missum est opus, cui titulus:

AELIANUS

VARIA HISTORIA

Edid. HERCHER (Lipsiae, ex off. Teubneriana).

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

PER ORBEM

DESERTIONES quae non domi tantum, sed ubique audimus flagrare, apud Luxemburgenses quodammodo excusantur. Exstabant in ea civitate celeberrimae ad chalybem liquandum officinae, quarum operibus non tantum Belgarum copiae terra marique iuvabantur, sed peregrinae quoque nationes utebantur passim et ad ea que belli sunt, et ad pacis paranda instrumenta: ea enim in aetate versamur, qua vix est ut aliquod adhibeamus obiectum, cuius nulla pars ex chalybe conflata fuerit. Atqui sive negligens gestorum cura, sive parum providens dominorum administratio, sive aemulorum victrix fortuna causa fuerit, opifia latissima ditissimaque aeris alieni sexcenties centena millia libellarum pondere obruta in decoctionem conciderunt. Tunc igitur, clausis officinarum ianuis, opificum ingentes legiones, qui illuc operam locaverant, mox opera destituti manent. Quaenam miseris fortuna?



At novae eaeque magni momenti desertiones exarsisse audivimus inter Russos, qui libertatis atque civilium iurum hactenus obliti, vel incuriosi, vel inscii (forsau utrumque) corripi nunc immutandae reipublicae studio videntur. Novorum consiliorum auctores atque propugnatores litterati primum viri et scriptores recensentur, omniumque princeps Leo ille Tolstoi, quem patriae suae Episcopi, synodo celebrata, ab sua Ecclesiae gremio expulsero. Deinde iuvenes qui athenaeorum studiis dant operam ferventiores novorum moliminum asseclae dicuntur: operarii denique urbanarum officinarum, quasi gregarii milites, turbam innumerabilem, voces viresque ad opus contulerunt. Hi itaque Viborg et Odessa in uribus iunctis mentibus insurgunt, et obstantibus acriter dominis aluntur irae. Mox ad ignem facesse admotae manus, atque opifia palam aggredi coeptum est. Praecipuae vero Hebraeorum petitae aedes, quippe quorum, ut fert populi ingenium, in avaritiam atque in pervicaciam pronae magis mentes et animi acclines diiudicati, immo eorum nonnulli inter tumultus et praelia ferro, aut plumbo, aut lapide icti ceciderunt.



Revocant haec quae in Sinis contigerunt ad Kalgan urbem, cuius ad moenia foederatorum exercitus nonnullae cohortes sua castra posuerant. Eas inter igniti pulvris vis novas de legit victimas. Dolo an casu excitata flamma in ambiguo est; constat tamen incoercibili vi multos milites, Germanos plerosque, vulneratos, multos mala morte peremptos.



Lugent similia Londinenses ob pauperum secundum hospitium flammis adustum; senes septem, etsi fugere conantes, ignis rabie correpti misere perierunt.



Neque ignita vis Nordicis Foederatis Americae civitatibus peperit, quamquam ex iis alia recolo; servens inibi opus, ut nautis suis cum Maine loricata navi in Habanensi portu demersis, marmoreum signum ponant. Et iure quidem; infelices enim illi, licet inscii atque ignari, sua morte tamen occasionem praebuerunt unde Americana bellica fortuna in hodiernum fastigium effertur. Ego vero de re eo libentius mentionem facio, cum inter multa et varia proposta novi monumenti specimina, illud fuerit selectum quod Itali artifices Siccirilli sculptor et Magonegli ar-

chitectus, uterque in Romana Academia bonis artibus exculti, delinearunt.

Signum e marmorea gigantea pila constat, cuius ad latera Pacificum Oceanum, senis figura adumbratum, Atlanticumque, iuvenis admodum nauta, consistunt; adsunt eos inter allegoricae compositiones duae, quarum quae meridiem spectat « ante bellum » inscribitur, quae contra ad septentrionem conversa est, « post bellum » titulum habet. Statua Columbiam effigies, stans in curra marinis equis acto, pilam coronat.

Cives suos, qui Italum nomen inclita arte collustrant apud exteras gentes, gratulatione et omnibus prosequitur

VIATOR.

VARIA

Funera canis.

In ephemericis Neo-Eboraci caeremonias lugubres recens legi, quibus ditissimus ultra vices centena aureorum millia Seeberger canem sibi carissimum elatum voluit ac sepultum. Redemptor funebris pompa rem solemnitate maxima deducendam sibi sumpserat, auro suadente. Funereum carrum, cui superpositum cadaver canis, duo iuniores Croesi illius filii trahabant, et carrum, et lectulum, et canis exuvias, capsula aurata conclusas, flores quam pretiosissimi, et odori penitus cooperiebant. Quatuor, ex amicis carissimis, conopae serici et aurei chordas tenentes lento, cum agmine toto, pede ibant ac muti signa doloris tantum exserentes vel gemitu, vel suspirii. Musica cohors moestissimis concentibus aerem implebat a principibus musicae operibus undique conquaesitis. Ubi ad locum inhumationis ventum est, musica hymnum: *Wacht am Rhein* cecinit. Oratores plures laudem demortui canis dixerunt, profusis lacrimis singultibusque flente Seebergerio, et exclamante se perdidisse quasi filium adoratum, neque morte primogeniti altius, si foret, posse dosere; tot enim ac tanta a cane illo officia receperat! — Perge nunc, et nega infinitum esse numerum...



Nova in latrones ex apibus arma.

Coloni duo, mittente domino, in praedium apud Tunisiensem examen apum ferebant sacco inclusum, et magnam argenti vim. Dum per solitudinem gradientur, ecce duo armati latrones irruunt, rapinis et homicidis infames, iubentque argentum tradi, quod ferri compererant. Quid facerent inermes? Ac tamen paratus carcer si argentum deponerent; non enim iudex, non dominus latronum violentiam interserentibus fidem haberent. Repente illuxit menti consilium; ex relaxato sacculo torquent in praedones examen apum. Quae iratae, auctae sole, ferociter in oculos, in ora, in manus latronum irruentes, dolore, aculeo, viri nil tale sperantes profligant. Sequuntur, instantque atrocios ferocios bestiolae. Rustici duo, arrepta occasione, se dedere fugae praecipites, et incolumes creditum argenti pondus iuxta imperium domini detulere... Optima sunt arma haec ad profligandas praedatorum manus; quis dubitet? O si tale aliiquid semper nobiscum ferre possemus! At bene potest abdi examen apum in ferreis capsulis, quibus domi pecunia creditur.



Photographia ex electride.

Non raro cadens fulmen super tacta corpora rerum pinxit imagines longo intervallo disiunctas.

Hoc doctis viris suadet futurum ut electride utamur ad rapiendas rerum imagines, que longe absunt, ab oculis nostris penitus divisae. Opus omne hoc fieri potuerit si, undas electricas apparatus recipiens, habeat etiam lammam photographicas delicatissimas, ut suscipiat undas lucis, quae semper electridi copulatur, et fulgurat quotiescumque illa praecipitet. Qua in re qui dicuntur radii X, operam illustrem exhibebunt; namque iis invisibilis imagines vitro photographicis imponimus. Res in vota ferme adventare videtur.



Bibliotheca Babilonensis.

Hilprecht doctor, ruderum Babilonensem et scrutator et effosor, narrat se incidisse in bibliothecam templi maximi Nippour, quod Elamitae anno ante Chr. 238 subverterunt. Sexdecim documentorum millia reperiit in lapide insculpta, quibus agitur de theologia, de astronomia, de grammatica, de philologia, de mathematica illorum temporum. Plures item ad inventas narrat epistolae, plures virorum monographias, seu vitas, et quinque millia lapidum inextimabilis apud doctos pretii. In summa tres et viginti millia inscriptionum habemus, quas idem doctor asservat, iussus bibliothecae huius custos, apud athenaeum Pensylvanicum. Germanicis diariis fides esto.



Utilitas ex fumo.

Humanum genus, adiuvante scientia, de die in diem quotquot in orbe terrarum sunt proprium convertit in bonum. Quis crederet me scripturam ita de fumo? Impune hic putarat per caminos semel emissum se caelo potiri et spatiari liberum; idque eo magis quia nemo vicinum tolerabat oculis inimicum. Iam nunc poenas pendebit lacrimarum, quas expressit. Apud Essen in Borussia multiplex apparatu Thawaitis, quo fluida, quae gas appellantur, e combustione fornacium colliguntur ne pereant, fumus dabat electridem ad usum nocturnae lucis in officinis, deinde eius opera habebitur carburium calcis. Mox eo carbonis genere, quod dicitur: coke, et calce insuper ingeretur quidquid aedificantibus est opportunum, creta ambusta non excepta, quae arenas puteolanas aequabit. Haec autem omnia fere nullo impedio supererogato devenient; quod fore speramus.



Ioci.

Circullonius ad fenestellam diribitorii accendens profert nummariam diribitorii Panormitanum chartulam ad se dimissam, ut inscripta pecunia potiretur. Qui ad hasce enumerandas pecunias est: — Dabo — inquit — te vero non cognosco; adduc mihi notos testes, qui de te perhibeant. — Tum Circullonius: — Ah! Uxori praedixeram, me novo hoc pileo et novis indutum vestibus non facile cognoscendum! — Et abiit moerens indumenta mutaturus nova in quotidiana, ut cognosceretur.



Tulliola incendens una cum patre in macellum venit, ubi venales pulli prostant. Repente: — Eheu! salva me, pater! — puellula exclamat. — Cur, et quo paves — rogat amplexus genitor — animalia? — En — indicat illa — pullus ille indicus, crista, proboscide rubens, molitur in me saevum nefas. — Dementula blanditur pater — illumne times, quem in coena non times, et in frustula caedis, et saporiferum edis?... — Atqui — Tulliola reddit — hic nondum bene cactus est!...

P. d. V.

* FIDES *

quod musicum organum

STRADIVARIUS

CREMONENSIMUM ARTIFEX CELEBERRIMUS

CONFECIT

Romae veneunt.

Negotium agitur apud Commentarii VOX URBIS administratorem, ROMAE, via Alessandrina, 87.

DUBIA ET RESPONSA SUPER EXTENSIONE
IUBILAEI ANNI MCM ad universam Ecclesiam
proposita in commodum confessariorum a THOMA ARIZ-
ZOLI Missionario Apostolico Imperiali, Sacrae Poenitentia-
tiae officiali.

Dubia huiusmodi explicant facultates quas Summus Pontifex
concedit in ordine ad Iubilaeum exercendas et complectuntur praecipuos casus qui in Iubilaeo proponuntur. Responsa sacrae Poenitentiae, *etiam recens data, quae opus fuit memorare*, memorantur.
Accedunt Constitutio pontifica super extensione Iubilaei et, maxima ex parte, *Monita ex Constitutionibus Benedicti XIV de usu facultatum confessariorum tributarum* excerpta.

Opusculum venit lib. 0.50 apud comm. Vox Urbis administratorem, Romae, via Alessandrina, 87.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA

ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS

PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS

PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO - DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE - Via Sistina, 129 - ROMAE

LIBER (vulgo "ALBUM")

praecipua Urbis referens, pulcritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50
apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

LE LAUDI LATINE

E
IL CANTICO DEL SOLE

DI
SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam præfatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur laudes latine cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa Speculi perfectionis capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam Bibliothecam Franciscanam comparandum, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura, Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

ROMAE - Via Alessandrina, 87.

SOCIIS MONITUM

In memoriam sociorum revocamus, cuique eorum, qui chartulam ad hoc acceptam remiserit suo ac duorum e sociis novis subscriptam nominibus, pro duobus tantummodo commentarii exemplaribus solvendum pretium; tertium dono datum iri.

Pretium annuae subnotationis comm. "Vox Urbis" vid. in prima operculi pagina.